





M. S. en 4.° pergamino, con 305 hojas.

Controversia theologica.

Rotulata

Diversorum controversiae theologicae.

1

257.


386

200

37

200
100
100
82

100
100
100.
52.
96
448



1) De Impeccabilitate Christi



CONTROVERSIa

Christologica

De impeccabilitate Christi.


A[illegible] [illegible]
[illegible]
dijs in locis. Ordinarius ingressus [illegible] explicatione [illegible]
qua nunc supponenda et de novo in Examen [illegible] 1º [illegible]
num Dominum de facto nullum commisisse peccatum [illegible]
mortale. Quod constat ex sacra Scriptura [illegible] ex vobis arguet
me de peccato? et ex [illegible] epistola Petri cap. 2. ubi dicit: qui peccatum non
fecit, nec inventus est dolus in ore eius. Aliisque testimoniis, et ipsis quam-
pluribus in sacra Scriptura contentis evidenter convincitur hereticorum dicenti-
um insania, qui ausi sunt dicere seu de Christo [illegible] praedicare. 2º
supponendum est Christi voluntatem esse confirmatam in bono: sive hu-
iusmodi confirmatio proveniat ex extrinseca Dei manutenentia. Ut Con-
[illegible] propositi qui primitias spiritus acceperunt, et
mediante speciali quadam [illegible] manutenentia dicebantur confirmati in gratia;
sive ab intrinseco ex ipsa unione hypostatica, sine recursu ad extrinsecam
Dei manutenentiam; quia ut inquit D. Thomas in 3. dist. 12. art. 1.
Christus [illegible] potest considerari ut viator, vel ut comprehensor: si Con-
sideretur ut comprehensor certum est eius voluntatem nullo modo posse de-
clinare ab [illegible] finem; et consequenter, nec posse peccare: quia omne
peccatum committitur per deviationem a fine. Si vero consideretur ut viator,
cum sit [illegible] ducens nos secundum rectam viam, oportet ibi [illegible] vir-
tutem [illegible] in ordine ad bene operandum. [illegible] cum [illegible]
quia [illegible] actionum debet necessario gaudere quadam speciali recti-

tu-

titudine ratione cuius non possit retorqueri, aliàs inde surgeret.

2. 3º Supponendum est humanitatem Christi Domini nostri directam, & seclusa unione hypostatica esse absolute peccabilem: quia omnis voluntas creata sibi relicta naturaliter defectibilis est: cum igitur voluntas Christi secluså unione hypostatica sit eiusdem rationis cum voluntate alterius cuiusvis hominis, inde sequitur esse defectibilem secundum se, licet ratione unionis in bono confirmetur, & consequenter ipsam peccandi excludat. 4º Supponendum est presentem questionem procedere de Christo, ut homo, cum enim Deus essentialiter sit sanctus, essentialiter etiam incapax debere esse peccati.

3. is prenotatis pro questionis intelligentia in presenti occurrit examinandum, à quo principio procedat impeccabilitas Christi Domini: circa cuius resolutionem Theologi divisi sunt in varias sententias. 1ª asserit Christum Dominum de potentia ordinaria non posse peccare, ipsam potentiam tamen ad peccandum non competere ipsi ex vi unionis hypostaticæ; sed mediante extrinseca Dei manutenentia, ratione cuius voluntas humana Christi Domini, que secundum se defectibilis est preservatur & confirmatur ne declinet in malum. Inde Auctores huius sententiæ existimant intrinsecam potentiam ad peccandum que secundum se naturæ humanæ competit, non exhauriri per unionem hypostaticam ad personalitatem Verbi Divini; sed supposita etiam huiusmodi unione intrinsecam defectibilitatem voluntatis humanæ permanere, licet extrinseca, & specialis Dei protectio actualiter impediat, ut in actum prorrumpat huiusmodi potentia ad peccandum. Hanc docet Scotus, Martinus, & cum multis Scotistæ.

4. ª Sententia asserit Christum Dominum habere de facto potentiam ad peccandum huiusmodi tamen potentiam esse [illegible] impeditam non ab intrinseca exigentia unionis hypostaticæ sed mediante visione Beatifica, & gratia habituali; ratione quarum voluntas Christi, que

de=

secundum se defectibilis erat, determinatur specialiter ad bonum. Praeven=
tio [illegible] praecisse impeccabilitatem Christi in visionem beatam et
gratiam habitualem excludentem unionem hypostaticam a principio huius=
modi impeccabilitatis; qui circa affirmat Christum Dominum potuisse in na=
tura assumpta peccare, sicut de facto potuit mori, flagellari, pati etc.
quia potuit assumere naturam humanam in puris naturalibus nulla gra=
tia et gloria imbutam. sic Durandus in 3. dist. 12. q. 2.

5. 3a. Sententia affirmat Christum Dominum non
posse peccare [illegible] componi unionis, cum peccatum et unio hypostatica sint
secundum se incompatibilia ratione eiusdem suppositi; sic enim tamen admisso
peccare potuisse, quia potuit Christus, ut homo, elicere actum peccaminosum ra=
tione cuius unio dissolveretur; sicut quilibet iustus [illegible] gratia imbu=
tus potest peccare absolute, licet non possit peccatum componere cum gratia, quia
potest elicere actum contra existentiam gratiae, quo expellatur habitualis gra=
tia. Auctores huius sententiae [illegible] impeccabilitatem concedunt in Chri=
sto Domino, praeter illam, quae competit cuilibet iusto; quare [illegible]
[illegible]. Commune placitum discipulorum D. Thomae, qui in prae=
senti materia conformius principiis fidei loquuntur, sequentibus conclusioni=
bus resolvitur, et resolutorie proponitur veritatem Catholicam stabilien=
do, destruendo quae sententiae opponuntur; pro quo sit

1a. Conclusio.

Ex vi praecisse unionis hypostaticae redditur humanitas Christi Domini absolute impeccabilis.

Haec conclusio est contra doctores qui affirmant impeccabilitatem
Christi provenire ab extrinseca Dei protectione, et manutenentia et non
solum ex vi unionis hypostaticae praecisse. 1o. potest conclusio probari variis

Sanctorum Patrum et Conciliorum authoritatibus, qui [illegible] docent humanitatem Christi per se impeccabilem praecise per unionem cum Verbo; ut videatur in 6 Synodo, action. 8. ubi citatur D. Athanasius lib. 2. contra Apollinarem asserens, Voluntatem Christi per assumptionem factam fuisse impeccabilem. Et D. Gregorius Nazianzenus, Orat. 36. n. 46. dicens Voluntatem Christi fuisse Deificatam per unionem ad Verbum et non posse Divinae resistere voluntati. Et D. Augustinus lib. de correpti. et grat. cap. 11 ubi ait impossibilem esse naturam humanam susceptam per Verbum, voluntatis peccare arbitrium. Cum ipsa susceptio talis sit, ut natura hominis a Deo ita suscepta nullum in se malum voluntatis admitteret. Ecce quomodo Doctor Augustinus. Et caeteri Sancti Patres impossibilitatem peccandi in animam Christi ad solam unionem hypostaticam traducunt et non ad aliquam extrinsecam Dei manutenentiam.

7. 2° probatur conclusio ratione: supposita unione hypostatica naturae humanae ad Verbum Divinum, quaecumque actio liberae libertatis debet subordinari supposito Divino; sed nulla actio mediate vel immediate supposito Divino subordinata potest esse peccaminosa, quia enim peccat peccando declinat a subordinatione ad Deum: ergo ex vi praecise unionis hypostaticae traditur humanitas Christi Domini impeccabilis ab initio. Maior, in qua est difficultas probatur; quaelibet actio subordinatur necessario principio a quo egreditur, cum specificatio cuiuscumque actionis non solum desumatur a termino, verum etiam a principio [illegible] ipsius, ut affirmant communiter Philosophi; sed actiones naturae assumptae a Verbo Divino comparantur ad Verbum Divinum, tamquam ad principium a quo procedunt; cum huiusmodi actiones non sint naturae humanae absolute, sed naturae humanae 6)
a supposito Divino substantialiter tractae, ipsi quae specialiter appropiatae: ergo nulla actio susceptae humanitatis potest absolvi a speciali subordinatione ad suppositum Divinum, et consequenter nec moraliter deficere, cum defectus moralis specialem subordinationem [illegible] Deum essentialiter excludat.

8 Confirmatur hac ratio: nulla actio habens specialem influxum Divini Suppositi potest esse peccaminosa; sed supposita unione hypostatica quaelibet actio humanitatis debet habere specialem influxum Divini Suppositi, sive physicum, sive moralem: ergo ex vi unionis redditur humanitas Christi omnino impeccabilis. Maior constat; quia ut docet D. Thomas 1.2. q. 79. art. 1. Deus nequit esse causa peccati, et consequenter nec positive in illud influere. Quae veritas determinata est ab Ecclesia contra Haereticos, qui contra Deum blasphemantes ipsum auctorem, et causam peccati appellant. Et minor probatur tum ex 6. Synodo art. 8. et alibi ubi dicitur, actiones humanitatis Christi ratione unionis hypostaticae vocari, et esse Deivirilis, idest Dei, et hominis simul. Quod propter specialem Divinum influxum debent habere; seu habere, alias nullo speciali titulo haec attribueretur. Tum etiam; quia si actiones humanitatis Christi non specialem influxum haberent Suppositi Divini moralem non excederent in maximo gradu dignitate actiones Sanctorum, quod tamen a Contrariis unanimiter negatur: ergo supposita unione hypostatica quaelibet actio humanitatis potest, et debet habere specialem influxum Divini Suppositi, sive physicum, sive moralem. Et consequenter nulla actio humanitatis Christi potest esse moraliter deficiens; quia voluntas humana dicitur deficiens declinando ab ordine ad suum influxum, seu illi obicem ponendo.

9. Nec ceterum extricatur ratio praedicta; licet in natura humana absolute considerata possit esse aliqua actio voluntaria, non tamen subordinata causalitati Divini Suppositi, a natura autem suscepta a Persona Divina nulla actio potest procedere, quin actualiter habeat influxum positivum Divini Suppositi; sed actio ad quam habetur causalitas Divini Suppositi nequit esse peccaminosa, alias Deus esset causa peccati: ergo nulla actio procedens a Persona Verbi a natura assumpta potest esse moraliter deficiens. Minor constat ex dictis et maior probatur. Licet natura humana secundum se retineat aestimabilitatem, et dignitatem in Supposito Divino habeat quatenus tamen illi substantialiter unita, recipit quandam specialem ex-

ce-

cellentia, ratio cuius defacto tradat perfectissimam latriae adorationem; et quam-
licet actiones naturae humanae secundum se non subordinentur speciali influxui
suppositi Divini, quatenus tamen procedunt a natura, quae modo speciali-
ter dignificata a Persona Divina, divinam trahit causalitatem, et quam-
dam divinam dignitatem, sicut et humanitatem, quia procedunt, quia dig-
nitas principii, adeo procedit aliqua actio nequit non dicere illam actio-
nem. Quae ratio fundatur in doctrina S. Damasceni lib. 3. de Fide. cap.
17. ubi docet, istam naturam assumptam deificari a Verbo Divino, et
quasi perfundi a Sole iustitiae. Unde sicut praesente luce solis in aere
nequeunt permanere tenebrae, ita natura a Sole Divino iustitiae perfusa ne-
quit admittere peccati tenebras; quia dum omnis actio illius naturae specia-
li illuminationi, et directioni suppositi Divini subiicitur, et consequenter
defectu peccati praeservatur, et liberatur, sicut aer luce Solis a caligi-
ne, et tenebris purificatur.

2ª Conc.

Si Verbum Divinum assumpsisset humanitatem in puris naturalibus, visione scilicet Beatifica et habituali gratia, omnino privatam, sicut Christus Dominus etiam, ut homo, non potuisset peccare, etiam de potentia Dei absoluta.

10. Haec Conclusio est contra Durandum, qui impeccabilitatem Christi
revocavit ad visionem beatam, et gratiam habitualem, existimans cum
unione possibilem esse potentiam peccandi in humanitate Christi, sicut po-
tentiam moriendi, et patiendi. Et quamvis licet Conclusio ista maneat pro-
bata ex dictis Conclusione praecedenti, in qua convincitur impeccabilitatem
Christi revocandam esse praecise in solam unionem hypostaticam, nihilomi-
nus probatur aliquibus rationibus quae militant contra doctrinam praedicti
Auctoris. Probo igitur 1°: quia perfectius, et diviniusque unitur humanitas

Christi cum Deo mediante unione hypostatica, atque per visionem beatam,
et gratiam habitualem: [illegible] sed [illegible], et gratia habi-
tualis reddunt humanitatem Christi absolute impeccabilem: ergo unio hypos-
tatica ex se sola reddit humanitatem Christi [illegible] impeccabilem. Ma-
ior constat, quia nec per visionem beatam, nec per gratiam habitualem [illegible]
homo Deus [illegible], sicut per unionem hypostaticam, sed so-
lum participative et accidentaliter. Consequentia probatur, quia ideo
per visionem beatam confirmatur voluntas Christi in bono [illegible]
[illegible], quia supposita visione [illegible] divinae [illegible] specialis con-
cursus cum Deo omnis actus voluntatis debet [illegible] a Deo, [illegible]
[illegible] sed supposita unione hypostatica humanitati cum Persona Divina nul-
la actio potest ab ipsa procedere absque particulari concursu suppositi divi-
ni [illegible] et consequenter sine rectitudine morali potest subsistere,
quia [illegible] specialis Dei concursus praeventa, [illegible] gaudet morali rec-
titudine: ergo etc.

11. Confirmatur et explicatur magis haec ratio. Quam-
vis sit liberum absolute respectu Divini suppositi concurrere specia-
liter ad actiones voluntatis humanae, supposita assumptione humanitatis
ad suum esse proprium et personale ad actiones illius debet necessario
aliquem specialem influxum adhibere. Sed ut constat ex dictis actio specia-
li Dei concursu praeventa seu directa, debet esse moraliter [illegible]: ergo
ex vi praecise assumptionis seu unioni humanitati ad Personam Ver-
bi excluditur ab humanitate Christi potentia ad peccandum. Maior,
in qua est difficultas, probatur, quia ut sit liberum absolute trahere substan-
tialiter naturam humanam, vel non trahere, supposita tamen assumptio-
ne humanitatis ad esse personale necessario [illegible] substantialiter [illegible]
[illegible]: ergo similiter licet sit absolute liberum supposito Divino
specialiter influere in actiones voluntatis humanae, supposita tamen [illegible]
[illegible] unione influxus est necessarius. Consequentia patet, quia sicut con-
cursus [illegible], quo [illegible], et rectificantur actiones voluntatis
humanae est [illegible] ad extra: ita [illegible] subsistentia naturae humanae,

et

sed hæc sequitur necessario ad unionem hypostaticam. ergo ad eandem unionem necessario debet etiam specialis influxus suppositi Divini in operatione humanitatis a se substantialiter tractæ; quia sicut Verbo tribuitur specialiter effectus specialis trahendi, sanctificandi, dignificandi naturam humanam, quin attribuatur formaliter Patri, aut Spiritui Sancto; ita similiter ipsi debet attribui effectus specialis rectificandi operationis huiusmodi voluntatis, quin aliis personis specialiter tribuatur, cum omnes huiusmodi ad unionem hypostaticam consequantur.

12. Urgetur amplius eadem ratio; nam unio beatifica eatenus specialem Divinæ essentiæ causalitatem tribuit; quia procedit ab intellectu beati specialiter unito cum Deo in esse scilicet speciei intelligibilis; sed omnes actiones liberæ humanitatis Christi procedunt ab ipsa, quatenus substantialiter unitur supposito Divino: ergo non solum tribuunt specialem influxum, seu concursum Dei sicut aliæ actiones creatæ, verum etiam quemdam particularem influxum eiusdem Dei. Et consequenter ex vi unionis præcise sequitur humanitatem Christi non posse in malum declinare; quia licet humanitas possit secundum se deficere, quatenus tamen speciali Dei concursui subordinata, non poterit a rectitudine deviare. Consequentia patet; quia intimior est unio hypostatica cum Verbo Divino, quam unio illa intelligibilis, qua essentia Divina unitur intellectui Beati, sed ex hac sequitur quod Deus influat in huiusmodi unionem, non solum per modum causæ, verum etiam quemdam specialem concursum: ergo ex unione hypostatica qua humanitas evolvitur ad esse personale Verbi Divini, sequitur suppositum Verbi præter generalem concursum, quo concurrit indivisibiliter cum Patre, et Spiritu Sancto, rationem specialem concursum in actiones huiusmodi humanitatis exhibere, ratione cuius omnes operationes humanitatis Christi specialiter attribuuntur Filio, specialemque dependentiam importent respectu ipsius, quam non admittunt respectu aliarum personarum.

13. Ultimo confirmatur ratio probativa nostra

In

conclusionis ex ratione D. Thome eiusque doctrina [illegible] dist. 8.
q. 1. art. 1. [illegible] ad 2um ubi docet omnes [illegible] et confirmat
per coniunctionem ad 1um principium a quo habent esse, et per alter[illegible] ab ipso deficere, sicut corruptibilia [illegible] dicit Philosophus [illegible] de generatione, propter maximam distantiam a primo motore. [illegible] de [illegible] mutabilitati [illegible] impertantur, que non admittunt corruptio[illegible]. Sed humanitas Christi Domini ratione unionis hypostatice coniungitur personaliter cum primo principio totius [illegible], et [illegible] simul cum Deo: ergo ex vi unionis eiusmodi [illegible] immediate [illegible] non potuit [illegible] malum declinare, nec operari moraliter deficere.

3.a C.

CHRISTUS IN QUANTUM HOMO NON potuit aliquod peccatum committere ratione cuius dissolvatur unio hypostatica, ac proinde erat impeccabilis absolute et simpliciter, et non solum in sensu composito unionis.

14 Hec conclusio [illegible] contra aliquos [illegible] qui [illegible] tant peccatum non posse compati cum unione hypostatica, existimant [illegible] Christum absolute potuisse [illegible] peccatum committere, quo unio hypostatica dissolveretur, et consequenter ipsum fuisse peccabilem in sensu diviso. Patet conclusio ex dictis; quia si nulla actio potuit procedere ab humanitate Christi Domini [illegible] sine [illegible] ordinatione ad suppositum Divinum, [illegible] nullum peccatum potuit committere, quo unio hypostatica dissolveretur, et consequenter ex vi [illegible] unionis hypostatice [illegible] Christi absolute impeccabilis [illegible] in sensu composito [illegible] in sensu diviso.

15. Confirmatur: Catenus homo purus gratia habituali informatus potest absolute, et in sensu diviso peccare,

quia potest agere gratia habituali contra inclinationem ipsius operari. Ut docet D. Thomas 1. p. q. 62. art. 3. ad 1mo et in 2. dist. 4. q. 3. Sed Christus nullam motionem potuit elicere contra motionem suppositi Divini, nec potuit operari eo agente huiusmodi supposito; et licet suppositum Divinum influat in actionem humanam mediante libero concursu voluntatis, non subjicitur tamen voluntati dispositioni; sicut gratia habitualis, et alii habitus, qui uniuntur cum voluntate: ergo licet iustus sola gratia habituali informatus posset contra gratiam, et consequenter aliquem actum peccaminosum contra exigentiam ipsius gratiae elicere, quo gratia habitualis destruatur; non tamen Christus cum nullum actum possit elicere nisi speciali dependentia respectu Verbi Divini, et consequenter speciali rectitudine.

VLT. DC.

Unio hypostatica est formaliter expulsiva uniuscuiusque peccati; ita ut si humanitas ante unionem esset peccato infecta, media praecise unione hypostatica sine concursu gratiae habitualis redderetur firma et purificata.

16 Haec conclusio debet admitti ab omnibus Doctoribus, qui tenent naturam humanam Christi Domini absolute sanctificari ratione unionis hypostaticae, quia nequit subiectum peccato obnoxium denominari formaliter sanctum: ergo si suppositum Divinum absolute et substantialiter sanctificat humanitatem ratione unionis hypostaticae, ipsam similiter a labe peccati purificat, si ipsam aliqua peccati macula praesupponat infectam.

17 Probatur iterum, quia ratione unionis denominatur humanitas Christi obiectum connexum dilectionis divinae simpliciter; sed nullus potest specialem Dei dilectionem trahere, quin peccato omnino purificetur: ergo gratia unionis hypostaticae ex se expulsiva est peccati habitualis. Minor constat; nam qui peccat, amicitiam

Dei

Dei maximo odibilis, & consequenter qui peccato inficitur nequit amicabilem Dei dilectionem trahere. & maior probatur; quia licet homo gratia habituali informatum reddatur obiectum congruum Diuinæ dilectionis singulariter, quia Deus vult illi speciale bonum, participationem scilicet propriæ naturæ; sed per unionem hypostaticam eleuatur natura non solum ad participationem naturæ Diuinæ, verum etiam ad esse proprium & substantiale Dei, quo [illegible] potest esse sublimius. Ut docet D. Thomas 1.2. q. 1. art. 2. ad 2um ubi docet naturam humanam assumptam a Verbo, plus amari a Deo, quam omnes alios, & ratione unionis universitatem creaturarum perfectione, & excellentia excedere: ergo per præcisam unionem hypostaticam non solum redditur humanitas Christi impeccabilis; sed etiam formaliter excluderet peccatum, quo præsupponeretur inficere.

18. Confirmatur: in ratione [illegible], & excludentis peccatum, excedit filiatio naturalis Dei filiationem adoptiuam; sed eo ipso quod aliquis mediante gratia pertingat ad filiationem Dei adoptiuam, redditur formaliter obiectum proprium Diuinæ dilectionis, & ab eadem peccati purificatum formaliter: ergo cum per gratiam unionis reddatur formaliter homo filius Dei naturalis, nequit etiam non denominari sanctus, & iustus, & consequenter gratia unionis hypostaticæ est formaliter exclusiua peccati; dari enim subiectum esse iniustum, & inimicum, amabile, & abominabile respectu Diuinæ voluntatis, quo nihil absurdius dici potest.

Proponuntur & soluuntur argumenta

19. Arguitur 1o. Contra 2am conclusionem & auctorem [illegible]; quia per unionem hypostaticam non excluditur [illegible] a quo prædicatum intrinsecum ipsius; sed potentia peccandi est prædicatum

in

intrinsecum et essentiale, vel saltem connaturale respectu naturae humanae; ergo ex vi praecise naturae Divinae unitae, vel unionis hypostaticae non redditur humanitas Christi impeccabilis ab intrinseco; ac proinde praeter unionem hypostaticam requiritur aliqua specialis protectio Dei, ut Christus Dominus in quantum homo firmetur in bono. Maior constat, nam ut ait Damascenus de fide orthodoxa lib. 3. cap. 7. Omnia quae Deus in natura plantavit, Verbum assumpsit; sed praedicata intrinseca, sive naturalia, sive esse naturae a Deo sunt creata et plantata; et consequenter omnia a Divino Verbo assumpta sunt mediante unione hypostatica; ac proinde nullum ex his praedicatis excluditur ex vi praecise unionis. Minor autem probatur; quia catenus homo, et quaelibet alia creatura dicitur moraliter defectibilis, quia est ex nihilo, et non identificatur cum regula rectae operationis, ut docet D. Thomas; sed esse ex nihilo, et non identificari cum regula rectae operationis sunt praedicata essentialia respectu cuiuscumque creaturae, cum de potentia Dei absoluta nequit reperiri aliqua creatura, quae secum identificet illam regulam rectae operationis et quae sit ex nihilo: ergo potentia peccandi est praedicatum intrinsecum cuicumque Voluntati Creatae, et consequenter Voluntati humanae; quo circa ex vi unionis cum Divino non excluditur praedicta potentia a Voluntate humana Christi Domini.

20. Confirmatur 1°. quia ut ait Damascenus, quidquid Deus in natura plantavit, aut causavit, a Verbo assumitur, et non destruitur; sed potentia peccandi causatur a Deo in natura humana, et in aliis creaturis. Cum enim huiusmodi potentia antecedat omnem actum creaturae nequit ab ipsa causari: ergo cum unione humanitatis ad Verbum defectibilitas intrinseca perseverat, et consequenter potentia ad peccandum.

21 2°. Confirmatur: ex vi praecise unionis hypostaticae non identificatur Voluntas humana Christi cum 1a regula

vetite operationis: ergo ex vi huius pregisse non redditur impeccabilis moraliter. Consequentia patet, quia per durante causa et ratione alicuius denominationis, perseverat denominatio ipsa: ergo cum ex vi unionis hypostaticae non excludatur ab humanitate Christi negatio identitatis cum regula in qua fundatur defectibilitas intrinseca moralis eius, neque ipsa potentia ad peccandum excluditur et consequenter cum unione hypostatica perseverat in humanitate Christi potentia ad peccandum, licet actualiter non peccaret propter specialem Dei protectionem.

22.  ... argumentum: confirmatur: quia licet unionem hypostaticam non desideratur aliquod praedicatum intrinsecum expectans ad integritatem et complementum naturae humanae cum gratia unionis non destruat naturam sed perficiat illam; derelinquitur tamen aliqua ipsius imperfectio, et consequenter potentia ad peccandum; quia huiusmodi potentia importat defectum naturae et consequenter non aliquid pertinens ad integritatem ipsius: unde dicendum est, quod creatura rationalis non est essentialiter positive peccabilis, sed essentialiter negative. Licet enim natura rationalis ex se, et natura sua non habeat aliquod praedicatum positivum, ratione cuius stabiliatur et firmetur in bono; et consequenter reddatur omnino impeccabilis; non tamen gaudet aliquo praedicato positivo, et essentiali, quo essentialiter positive reddatur defectibilis: atque propterea per adventum gratiae potest reddi intrinsece impeccabilis, licet sibi relicta minore ... : nam ex parte defectibilitatis sit ... licet materia prima sit essentialiter negative informis et indifferens, cum secundum proprium conceptum non importet aliquod praedicatum, quo informetur et determinetur; nihilominus potest per adventum alterius, ut pote formae substantialis reddi intrinsece et substantialiter informata et determinata. Et sicut huiusmodi informatio et determinatio proveniens a forma non destruit aliquod praedicatum essentiale positivum materiae, sed solum negationem determinationis ... in detractione quam

ma

materia secundum se importat. Ita similiter per Unionem hypostaticam cum Verbo Divino potest excludi ab humanitate, quae essentialiter negative est defectibilis, ipsa defectibilitas, quin aliquod praedicatum essentiale positivum ipsius destruatur; quia ita essentialis est materiae secundum se informitas, ac Voluntati Creatae defectibilitas; quia sicut in essentia, et natura Voluntatis non reperitur [illegible] praedicatum ratione cuius firmetur in bono: [illegible] essentia materiae non [illegible] praedicatum ratione cuius determinetur substantialiter; [illegible] propter [illegible] adventum formae substantialis [illegible] quod materia reddatur intrinsece informata [illegible] determinata, non destruatur aliquod praedicatum essentiale ipsius; ita pariter per Unionem substantialem cum Verbo Divino, redditur natura humana intrinsece indefectibilis, [illegible] secundum se defectibilis sit.

23. Dices 2º. Verbo Dei, quod sicut essentialis est perfectae Voluntati secundum se negatio identitatis cum 1a regula operationis; ita est essentialis ipsi potentia ad peccandum; [illegible] propter [illegible] per gratiam [illegible] non identificatur cum 1a regula operationis, ita nec redditur [illegible] per impeccabilis. Unde non destruitur aliquod praedicatum essentiale naturae humanae, per hoc quod per gratiam unionis hypostaticae reddatur intrinsece, et absolute impeccabilis; quia id est contra essentiam Voluntatis Creatae non identificatae cum 1a regula, quod sit absolute impeccabilis ratione [illegible] doni intrinseci, sed solum quod sit impeccabilis ex natura sua et secundum se considerata. Sicut non est contra essentiam materiae quod determinetur intrinsece ratione formae advenientis, sed solum, quod ex vi exigentiae essentialis sit determinata.

24. Responderi [illegible] [illegible] concedendo maiorem, et negando minorem: quia sicut deformitas peccati non redunditur in Deum tamquam causam, a qua [illegible] [illegible]; ita nec potentia defectiva, a qua provenit [illegible] [illegible] modi deformitas

[illegible]

aliàs Deus diceretur causa peccati, quia qui vult, et positive causat aliquam causam, ratione talis effectum etiam debet causare. Videlicet entitas in qua subiectatur potentia peccandi est à Deo; defectibilitas tamen moralis, qua deviatur formaliter voluntas potentia peccandi, non est à Deo nisi merè permissivè, sicut et ipsius peccatum actuale: quo circa si à Verbo Divino assumatur voluntas humana, quae in aliis hominibus defectibilis est; non tamen in ea defectibilitas assumitur, sed per unionem excluditur. quia ut ait Anselmus lib. de libert. arbitrii, potentia peccandi non est libertas arbitrij nec pars libertatis, sed peccandi diminutio ipsius.

25. Ad 2.um patet solutio ex dictis, quia aliud est quod per unionem hypostaticam reddatur humanitas Christi absolutè et simpliciter impeccabilis, et etiam intrinsecè, et aliud est quod reddatur impeccabilis ex natura sua. 1.um est verum, et intentum nostrae sententiae, in qua diximus ex vi praecisse unionis hypostaticae, sine recursu ad aliam extraordinariam providentiam Dei, reddi naturam humanam intrinsecè, et absolutè impeccabilem. 2.m est falsum; quia nulla voluntas ex conditione propriae naturae non identificata cum 1.a regula potest reddi impeccabilis. Unde benè potest per unionem hypostaticam excludi à natura potentia ad peccandum, dum non reddatur identificata cum 1.a regula. quia quod repugnat voluntati non identificatae cum 1.a regula non est indefectibilitas consistens per gratiam, nam est illa, quae provenit à gratia unionis, sed indefectibilitas ex conditione naturae, quae nequaquam per unionem datur, quia licet gratia unionis reddat naturam humanam absolutè impeccabilem, non tamen reddit ipsam impeccabilem ex natura sua: sicut aer, qui ex conditione propriae naturae est obscurus, et tenebrosus per supervenientem lucem redditur aer lucidus, quia non est contra naturam aeris esse lucidum naturaliter, sed esse lucidum ex se, et ex conditione propriae naturae.

26. Haec doctrina et exemplum est D. Thomae q. 24. de Verit. art. 8. et per illam ruinet solutio praecedens objectio; imo

Inferri potest in Contrariorum sententia; quia sicut per unionem hypostaticam non identificatur Voluntas Creata cum 1.a regula; ita nec per illam extrinsecam Dei protectionem, ratione cuius secundum maiorum sententias confirmatur in bono, ut non possit peccare: ergo et gratia extrinseca protectioni reddit Voluntatem, aut secundum se defectibilis est Confirmata in bono et absolute impeccabilis, quin illam identificet cum regula recte operationis; ita similiter unio hypostatica, quia unio est cum 1.o principio, et regula totius rectitudinis omnes gratias excedit, cum omnis res perficiatur et firmetur ex coniunctione cum 1.o principio, ut ait Divus; et sicut ipse Deus naturaliter est indefectibilis, quia naturaliter habet unitam, vel ut melius loquar identificatam 1.am regulam totius rectitudinis moralis, nempe suam Voluntatem; ita liberum arbitrium Creatum quod catenus est naturaliter defectibile, quia naturaliter non est identificatum, nec unitum cum 1.a regula; potest tamen reddi indefectibile per elevationem ad unionem cum 1.a regula, quae potest fieri, vel per unionem beatificam, ut contingit in Beatis, vel per unionem hypostaticam ut contingit in Voluntate Christi Domini.

27. 3.o arguitur in favorem eiusdem sententiae; quia natura unita hypostatice supposito Divino indiget gratia adiuvante ad recte operandum, cum nullus possit semper, et constanter bene operari sine speciali adiumine Divinae gratiae: ergo ex vi praecise unionis hypostaticae non redditur Voluntas absolute indefectibilis, et consequenter potest Christus peccare in natura assumpta, nisi praeveniatur a Deo speciali protectione. Consequentia patet; quia potest a Deo suspendi Concursus medio quo Voluntatem Christi adiuvat ad bene operandum; sed si deficeret Divinus modi Concursus auxilii, deficeret in operando Voluntas Christi: ergo sumpta unione potest Christus peccare, nisi praeveniatur a Divino speciali auxilio. Maior constat; quia cum sit unio dei concursus liber potest a Deo denegari.

28. Confirmatur 1.o quia unio hypostatica praecise

recepta non confert naturae assumptae fidei, nec activitatem intrinse-
cam ad bene operandum: ergo huiusmodi unio secundum se non red-
dit naturam assumptam formaliter et intrinsece indefectibilem. maior
ex constat: nam per unionem personalem ad suppositum non elevatur
natura humana assumpta ad operandum, sed solum ad subsistendum
personaliter; et consequentia probatur ex defectu virtutis operativae volun-
tas humana est defectibilis in operando: ergo si ex vi unionis praecise
non acquirit aliquam virtutem vel activitatem operativam, neque
ex vi ipsius redditur formaliter et intrinsece indefectibilis in operando.

29. Confirmatur 2°. rectitudo operationis dependet
perse ab intrinseca rectitudine principii operativi: ergo ex vi praecise
unionis hypostaticae non determinatur voluntas ad bene operandum, et
consequenter voluntas Christi manet indifferens ad bonum, et ad malum.
probatur consequentia: per unionem hypostaticam non rectificatur volun-
tas in ratione principii operativi: ergo ex vi praecise unionis hypostati-
cae non determinatur voluntas Christi ad bene operandum. Antece-
dens constat, quia potentia in ratione principii operativi nequit rectifica-
ri, aut perfici, nisi per unionem formae operativae formaliter ut tali; sed
per unionem hypostaticam non unitur Deus naturae humanae in ratione
operantis, sed in ratione personae subsistentis, quae formaliter, ut tali, non
est operativa, cum Deus non operetur ratione personalitatis, sed ratione
naturae: ergo unio personalis, qualis est unio hypostatica non perficit, nec
rectificat voluntatem creatam in ratione principii operativi, ac proinde
non reddit ipsam intrinsece indefectibilem.

30. Confirmatur 3°. Sicut perse est sanctitas
et rectitudo per essentiam, ita perse est vita per essentiam: sed relin-
quit humanitatem passibilem et mortalem, etiamsi sibi unitam: er-
go relinqueret eamdem defectibilem a rectitudine, nisi ipsam praemuniret
divina specialis protectio extrinseca ac per consequens, ab unio hypostatica.

vel

relinqueret voluntatem subiectam defectibilitati morali, & consequenter potentiam ad peccandum; sicut relinquit Unio cum suo ipso ipse eandem de facto naturam assumptam subiectam passibilitati, & mortalitati & cum potentia ad moriendum.

31. Confirmatur 4°. Suppositum Verbi, quo substantialiter terminatur natura, eodem indivisibili influxu in actiones Christi influit Pater & Spiritus sanctus; sed si Christus ut homo peccaret, non attribueretur peccatum Patri aut Spiritui sancto: ergo nec Filio. & consequenter Unio personalis cum Filio non communicat naturae assumptae aliquam specialem indefectibilitatem. Minor constat, & maior probatur: dupliciter, tum quia influxus Dei in actiones Christi est ad extra, qui communis est tribus Personis, tum etiam quia persona Filii influit in actiones naturae assumptae ratione naturae vel ratione proprietatis personalis; si dicatur primum, argumentum habet intentum, quia quod convenit alicui personae ratione naturae, vel alicuius absoluti convenit tribus Personis. si dicatur 2um est falsum, quia proprietas relativa non est ratio operandi in Deo, cum personalitas sit proprium incommunicabilitatis, non autem influxus, seu operationis: ergo persona Filii ratione Unionis hypostaticae non habet aliquem specialem influxum in actiones humanas Christi Domini.

32. Et urgetur. Aqua sustentans calorem, licet denominetur calefaciens, non tamen influit formaliter, sed materialiter in calefactionem quatenus sustentat virtutem calefactivam a qua formaliter procedit calefactio: sed licet Suppositum Divinum ratione Unionis hypostaticae sustentaret humanitatem, quae formaliter deficeret non tamen influeret formaliter in actiones peccaminosas ab humanitate formaliter procedentes sed solum pure materialiter, & permissive sicut ad actiones alterius hominis, non diceretur formaliter peccans, sed tantum materialiter & denominative.

33. Confirmatur 5°. Voluntas naturae assumptae

est

est eiusdem speciei cum voluntate alterius cuiusque hominis: ergo
subsecuta unione hypostatica manet cum indifferentia ad bene, vel male
operandum. Consequentia probatur; quia eatenus voluntas puri homi-
nis est indifferens ad bonum vel malum, quia obiectum specificativum
non est determinate verum bonum, sed abstrahens a bono vero, et ap-
parenti, et proinde potest ad utrumque indifferenter inclinari; sed ob-
iectum voluntatis naturae assumptae est bonum abstrahens a vero, et ap-
parenti, aliàs non esset eiusdem speciei cum voluntate alterius hominis,
cum ex diversitate formali obiecti [illegible] sumatur diversitas specifica po-
tentiarum: ergo ex vi unionis non aufertur a voluntate Christi indif-
ferentia ad bene, vel male operandum.

34. Confirmatur 6°. quia per unionem hypostati-
cam non aufertur a natura aliquid spectans ad laudem et perfectionem
ipsius; sed posse declinare in bonum vel malum et actualiter non declinare
est laudabile respectu naturae humanae, ut probatur ex illo Ecclesiastes:
Erit illi gloria aeterna, qui potuit transgredi, et non est transgressus,
facere mala, et non fecit: ergo ex vi unionis hypostaticae non aufer-
tur a natura potentia ad peccandum.

35. Ad hoc argumentum respondetur concedendo
maiorem, et negando minorem, ad cuius probationem distinguo an-
tecedens: concursus, quo Deus auxiliatur voluntati naturae assumptae
est liber absolute concedo antecedens; est liber ex suppositione unio-
nis nego antecedens, et consequentiam; quia licet possit Deus denegare natu-
rae assumptae absolute gratiam necessariam ad bene operandum, cum
absolute possit eandem naturam non assumere ad esse personale pro-
prium, vel post assumptionem dimittere illam, supposita tamen unio-
ne non potest non influere speciali quodam influxu in omnes actio-
nes eiusdem humanitatis, cum ut supra notavimus actiones naturae as-
sumptae a supposito divino sint actiones non solum hominis, sed etiam

Dei.

Dei, et hominis simul; et ideo a Sanctis Patribus vocantur Dei-
virile: qua propter sicut Deus de potentia absoluta non potest non sem-
per recte operari; ita similiter nequit denegare concursum actibus depen-
dentibus a proprio supposito, alias se ipsum denegaret permittendo
se ipsum peccare. Neque est inconveniens aliquem influxum Dei ad
extra esse necessarium ex aliqua suppositione: quis enim audebit ne-
gare terminationem illam substantialem, qua manet personaliter termi-
nata natura assumpta a Persona Verbi, et divinitatem illi advenien-
entem ex huiusmodi determinatione esse effectus ad extra: et tamen
omnes huiusmodi effectus sunt necessarii ex suppositione unionis hypostati-
cae. et similiter gratia habitualis in Christo est effectus ad extra,
et tamen necessario sequitur ad unionem, cum in probabilissima sen-
tentia naturaliter sequatur ad illam sine nova actione.

36. 2° potest responderi quod concursus, quo Deus
auxiliatur naturae sibi personaliter unitae est liber non solum absolute,
sed ex suppositione unionis hypostaticae, quia licet in huiusmodi suppo-
sitione nequeat Deus denegare ipsi voluntati aliquod auxilium, quo
determinetur ad recte operandum, potest tamen denegare quodlibet au-
xilium determinate acceptum et consequenter nullum potest auxilium
determinate assignari quod respectu voluntatis Divinae non sit li-
bere collatum, sicut v.g. concursus naturalis et ordinarius, quo Deus
concurrit cum nostro intellectu ad intelligendum est liber simpliciter
simpliciter respectu Dei, quia determinate consideratus potest a Deo
denegari et alius determinatus et illius loco a Deo conferri, licet ex
eo quod sit concursus adiuvans et determinans potentiam intellectivam
debeat determinari natura ad intelligendum, et non ad videndum, cum
nulla potentia possit determinari ad operandum extra limites sui ob-
iecti specificativi. Unde uno verbo potest dici talem concursum esse
necessarium quoad speciem, non vero quoad exercitium, quia licet
quodlibet auxilium exercite et determinate acceptum libere confe-

datur naturae assumptae, tamen oportet quodcumque illud fuerit quod
sit necessarium determinatum seu praeparatum ad bene operandum.

37.  [illegible] iam confirmationem respondetur per unionem
hypostaticam praecise non recipere naturam humanam aliquam determina-
tionem, rectitudinem, seu virtutem operativam physicam: Unde per summo-
di unionem personalem sine gratia habituali et concursu aliorum habituum,
qui per se ordinantur ad eliciendum materialiter rectum supernaturalemque ac-
tionem, redderetur physice natura humana nec tolleretur impotentia physica,
seu defectus virtutis physicae, quem natura secundum se importat. Cum me-
diante unione ~~[illegible]~~ personali inhaeret Deus in ratione principii quo
operativi physice ut bene probat argumentum; per illam tamen perficitur in
ratione principii moraliter operativi, et consequenter aufertur defectus mo-
ralis ipsius, et potentia ad male operandum, quia supposita unione, ut supra
probavimus quaecumque operatio voluntaria procedens a natura assum-
pta importat specialem dependentiam, et subordinationem personae Verbi Di-
vini; unde nequit deviare a rectitudine morali; quia actio specialiter Dei
causalitati subiecta nequit esse deficiens moraliter nec ullam imperfectio-
nem importet: neque dicendum potest negare naturam humanam aliquo modo
perfici in ratione principii moraliter operantis ex virtute unionis hypostati-
cae: alias actiones non essent condignae, et maioris valoris moraliter
quam actiones cuiuscumque alterius iusti, quo nihil absurdius dici potest. Qua-
propter sicut in opinione Scoti, Durandi, et aliorum potest suppositum di-
vinum terminans naturam humanam substantialiter, illam moraliter digni-
ficare et actionibus suis pondus aliquam specialem excellentiam communicare: quia
illi unitur ut forma operativa etiam poterit omnibus actionibus [illegible]
quamdam specialem rectitudinem communicare, et consequenter ipsam natu-
ram in ratione principii moraliter operativi totaliter rectificare, ut pro-
inde auferre imperfectionem moralem ipsius quae consistit in potentia ad pec-
candum.

38.  [illegible] patet solutio ad 2am confirmationem,
quae



que est maior explicatio illi confirmationi. Instat enim ex dictis Deum Unitum personaliter perficere Naturam Unitam in Ratione principii moraliter operantis, adeo actiones Christi non essent maioris perfectionis moralis, quam actiones puri hominis; Vel dicatur quod licet suppositum Divinum mediante Unione hypostatica non Unitur naturae in Ratione operantis, ut quo, cum ad hanc Unionem Requiratur informatio seu inhesio, quae a Deo est omnino removenda, Unitur tamen in Ratione operantis ut quod, quia principium quod operativum, nec est natura praecise, nec potentia proxime operativa, sed suppositum, quod terminat substantialiter Naturam, et consequenter falsum est naturam assumptam non perfici nec sanctificari in Ratione principii operativi a supposito Divino a quo esse personale mediante Unione hypostatica assumitur.

39. Ceterum respondetur cum D. Thom. in 2. dist. 23. q. 1a art. 1o ubi ait: defectibilitatem moralem Voluntatis, seu potentiam ad peccandum non provenire proxime, et formaliter a defectu alicuius Virtutis seu activitatis intrinsecae, sed a negatione, vel carentia Unionis cum 1o principio rectitudinis, quale est Deus, quia eo ipso quod natura rationalis sibi ipsi relinquatur, et influentiam Dei non recipiat, potest moraliter deficere, Unde cum per Unionem hypostaticam elevetur ad specialem Unionem cum 1o principio, et ad statum, in quo nequit privari aliquo speciali Dei concursu, hac est ratione huius Unionis auferri potentiam ipsius ad peccandum. quod ut docet Augustinus cap. 3. super Genes.: Homo Deo sibi praesente illuminatur, absente vero tenebratur. quapropter cum ex vi Unionis hypostaticae sequatur specialis Dei praesentia, et intima Unio cum ipso mediante eadem Unione aufertur flexibilitas humanitatis in malum, quin acquirat novam Virtutem intrinsecam, quia licet nulla res possit elevari sine nova additione novae Virtutis, potest tamen vel ratione coniunctionis ad aliquod principium perfectivum, vel mediante subordinatione ad ipsum, quamdam stabilitatem, seu firmitatem in propria natura acquirere, et consequenter a defectu mutabilitatis prin=

ficari: Constat enim motum verum corporarium cessare per hoc quod coniungantur cum centro. Et sic discurrendo de omnibus rebus quae ratione coniunctionis specialis id propriam specialem stabilitatem requirunt. Et per elongationem ab eo ipso flexibilitatem, et mutabilitatem quin etiam virtutem acquirant praeter ipsam coniunctionem.

40. Ad 3am confirmationem respondetur quod suppositum Divinum, quod substantialiter terminat naturam humanam assumtam habere quemdam specialem et proximum influxum praeter illum universalem et communem, quo indivisibiliter concurrit cum Patre et Spiritu sancto; alias redemptio generis humani non attribueretur Filio, quod est absurdum nedum contra Theologiam, verum etiam contra fidem; et ad huiusmodi impugnationem respondetur omnem influxum ad extra physicum, et pure effectivum esse causam tribus Personis, non vero omnem influxum terminativum, et moralem, quia ut saepe diximus terminatio substantialis naturae humanae, et sanctificatio, et dignificatio ipsius sunt effectus ad extra; qui quidem soli Filio attribuuntur quatenus subsistit in natura humana. Ex quo patet solutio ad 2am mi.; quia Verbo Divino ratione naturae potest aliquid competere simpliciter, quod non competat indivisibiliter tribus Personis; et etiam Pater aeternus per notionem est potens ad generandum quin potentia generativa sit communis Filio, vel Spiritui sancto. non igitur est inconveniens quod persona Filii influat in actiones humanas ratione naturae Divinae quin Divinus influxus sit communis respectu divinarum personarum; quia licet operationes naturae Divinae absolute enunciatae sint communes indivisibiliter respectu trium personarum; operationes tamen quae ipsis competunt, quatenus modificatae aliqua relatione speciali solum tribuuntur Personae per talem relationem distinctae, inter quas enumeratur ille specialis influxus, quem habet Persona Verbi in actiones humanas Christi quia essentia Divina non est potentia actu generativa nisi quatenus modificata relatione constitutiva Patris seu proprietate relativa Patris;

ita

ut Divinitas non esset ex se ratio proxima quo influendi in actiones humanas; nisi connotaret, per illam unionem humanitatis ad esse personale Verbi, quia extra hujusmodi unionem solum concurreret concursu indiviso et quasi remoto, in quo indivisibiliter communicant omnes Personae.

41 Hinc [illegible] doctrina D. Thomae in 3. dist. 9. art. 2. et 5. et 3 p. q. 42. ubi docet solum Filium dici proprie redemptorem mundi et reconciliatorem hominum cum Deo. Tota enim Trinitas dicitur causa universalis et quasi remota totius redemptionis et reconciliationis: quae doctrina esset absolute falsa, nisi supponeretur ratione unionis hypostaticae haberet aliquo speciali influxu in actiones. Nam assumptor [illegible] mediantibus hujusmodi actionibus dicitur Filium redemisse mundum et hominem reconciliasse Deo, quod absque speciali influentia personae Filii nequit intelligi.

42 Ulterius persuadetur admittendo influxum, quo persona Verbi influit in actiones humanas Christi competere Verbo ratione personalitatis relativae; quia licet proprietas personalis non sit Deo ratio operandi physice, seu actionum omnipotentiae, potest tamen ipsi esse principium quo moraliter dignificandi naturam humanam et consequenter influendi valorem infinitum [illegible] in operationes humanas Christi. Nec obstat, quod sit ratio incommunicabilitatis, quia incommunicabilitas relationis est in ordine ad terminum cui relative opponitur, non vero in ordine ad naturam, cui per unionem hypostaticam communicatur; et consequenter, licet non sit ratio producendi terminum, potest tamen esse ratio perficiendi saltem moraliter naturam cui communicatur, et consequenter potest esse suppositum Divinum ratio proxima influendi in actiones ejusdem humanitatis, quod debet concedi ab omnibus, qui admittunt Verbum Divinum incarnatum sanctificare naturam assumptam, non natura sed personalitate. Et etiam a Durando, et aliis [illegible], qui admittunt potentiam generativam Patris aeterni consistere formaliter in

pro-

proprietate relativa et non in absoluto; si etiam proprietas relativa, qua Pater opponitur filio est ipsi ratio formalis qua, seu principium quo generat suum filium, cur non poterit proprietas relativa filii esse ipsi filio ratio formalis perficiendi humanitatem sibi personaliter unitam, ac proinde ratio qua influendi simpliciter in actiones procedentes ab eadem humanitate.

43. Ad quartam confirmationem respondetur negando consequentiam ad cuius probationem [illegible] obiectum specificativum voluntatis humanae esse formaliter et per se specificativum esse bonum verum, seu bonum honestum; et per accidens solum ratione status versari circa bonum apparens quia propter voluntas Christi et quorumcumque aliorum [illegible] sunt eiusdem speciei absolute, quia non arguit diversitatem specificam inter potentias exigere diversa obiecta ratione diversi status, sicut patet in intellectu qui in statu [illegible] ad corpus respicit tamquam obiectum quidditatem rei [illegible] et in statu separationis nullomodo concernit materiam; et [illegible] non [illegible] specifica differentia inter intellectum animae separatae et coniunctae; sicut enim intellectus humanus non petit formaliter et specificative ex vi formalis et specificae formae concernere ex parte obiecti materiam; sed huiusmodi convenientia accidit illi ratione status coniunctionis [illegible] ita voluntas humana ex vi specificationis formalis non exigit formaliter indifferentiam ad bonum verum vel apparens sed huiusmodi indifferentia accidit quatenus sibi soli relinquitur et separatur a consortio divini Dei.

44. Ad quintam confirmationem respondetur, per unionem hypostaticam non auferri a natura humana aliquid spectans ad laudem et meritum ipsius, quia laus et meritum quod tribuitur naturae humanae ex eo quod peccare possit et non peccet actualiter, praesupponit imperfectionem nempe voluntatem defectibilem circa bonum et supposita huiusmodi imperfectione defectibilitatis laudabile et meritorium est actualiter non deficere. Maior autem perfectio et laus est absolute nec deficere actu nec posse deficere quia prop[illegible] voluntati Christi [illegible] debet

non

non solum negatio peccati, sed etiam negatio potentiae ad peccandum, quae ex vi unionis elevatur ad classem superiorem; quae circa illud quod desiderat puri hominis potest esse laudabile attribuendum Christo Domino cum majorum, et vituperabile, quia ut ait D. Dionysius cap. 4. de Divinis nominibus, aliquid potest pertinere ad laudem inferiorum quod translatum ad superiores potius in vituperium ut docet Philosophus [illegible] ethic. quales [illegible] Dei sunt [illegible]; in quarum respectu puri hominis sit valde laudabile, et meritorium non peccare habendo potentiam ad peccandum, laudabilius tamen est non peccare, nec habere potentiam ad peccandum, quapropter [illegible] talis laudabilitas tribuenda est Domino Deo, quali est Christus. Sicut esse [illegible] est laudabile in Cane, non tamen in homine, sed vituperabile. Et nimia humilitas in subdito quamvis laudabilis est valde, quae tamen in praelato videtur vituperabilis, quia ut docet Pat. Augustinus in regula opponitur regendi auctoritati. = Ad 3.am confirmationem supra positam [illegible] quam per ordinem respondendum non est, respondebitur inferius, cum idem argumentum ponebitur, et ponderabimus ut [illegible] Durandi praecipuum, et quasi fundamentale.

45. 3.o Arguitur: Ex vi unionis hypostaticae solum sequitur naturam humanam esse sustentatam a Supposito Divino; sed suppositum sustentans naturam solum exercere, et denominari [illegible] terminatur [illegible] actionibus procedentibus ab eadem natura: ergo si Christus Dominus peccaret in natura assumpta, non attribueretur peccatum supposito Divino formaliter, sed solum materialiter et denominative, quatenus scilicet sustentaret naturam illam, quae peccaret, et consequenter ex vi unionis hypostaticae praecise non excluderetur a natura assumpta potentia ad peccandum. Minor probatur, quia eo modo se habet suppositum substantiale sustentans naturam ad operationes ipsius, quo subjectum ad operationes formae accidentalis a se sustentatae; sed subjectum non influit per se, et formaliter in operationes accidentales, sed solum materialiter et denominative: [illegible] sustentans calorem solum denominative et materialiter dicitur calefaciens: ergo actiones naturae solum attribuuntur supposito Divino

denominatiue, & materialiter non vero formaliter H & causatiue.

46. Confirmatur 1°. sicut actio procedens a forma accidentali dependeat formaliter, & per se a subiecto cui connaturaliter inhaeret tali forma; non tamen dependet a subiecto extraneo cui inhaeret [illegible] transmutationis intrinsecae, ut patet in exemplo adducto, licet calefactio dependeat per se ab igne, cui intrinsece & connaturaliter inhaeret calor, non tamen ab aqua, cui communicatur tamquam subiecto extraneo: ergo licet admittatur suppositum connaturale cuiuis humanae naturae substantialis habere specialem causalitatem in actiones ipsius, non tamen hoc admittendum est in supposito Divino quod est extraneum respectu naturae humanae, licet substantialiter uniatur.

47. Confirmatur 2°. quaelibet actio specificatur formaliter a principio a quo formaliter causatiue dependet, ut patet discurrendo per omnes actiones. Calefactio enim propter specialem dependentiam ad calorem formaliter specificatur a principio calefactiuo; scilicet intellectio ab intellectu et volitio a voluntate; taliter, quod huiusmodi actiones sequuntur intellectum, quia subordinentur talibus principiis. Sed actiones naturae substantiales non specificantur formaliter a supposito, sed a natura substantiali: ergo actiones non attribuuntur supposito causatiue, & formaliter; sed tantum materialiter, & denominatiue. Minor constat: quia ex praecisa mutatione suppositi sequeretur mutatio specifica in operationibus naturae suppositatae, quod est omnino a natura alienum. Natura humana, licet subsisteret in supposito Divino vel Angelico, vel humano, semper gauderet eodem modo operandi, & [illegible] principiis specificatiuis: ergo suppositum non influit formaliter & causatiue in actiones naturae, a qua subsistit, sed solum materialiter, & per modum conditionis sine qua non. Alias variato supposito variaretur modus operandi & naturae, & ipsae operationes, quia variato specificatiuo, variatur necessario specificatum.

Hoc argumento intendunt Scotistae nostrum fundamentum
impugnare; sed certe ipsis potest retorqueri; quia nec ipsi nec aliquis Theolo=
gus audebit negare actionibus Christi Domini aliquam specialem dignitatem et ex=
cellentiam qua excedunt absolute actiones aliorum justorum; quae dignitas nequit in=
telligi, nisi suppositum Divinum specialiter influat in huiusmodi actiones cum
gratia habitualis excelsa habitudine ad personam Divinam sit eadem ratio=
nis in omnibus justis; nec huiusmodi [illegible] faciunt consonum principiis fidei
Catholicae; quomodo enim poterit unitus Filio Dei ut subsistenti in natura hu=
mana redemptio hominum si in actiones humanas quibus redemit, specialiter non
influat, aliquid ita materialiter esset ut dicatur Filius Dei redemit nos, sicut
hoc Petrus [illegible] et alii similia. Respondetur igitur in forma ad ar=
gumentum negando suppositum tantum materialiter sustentare naturam substan=
tialem sicut subiectum sustentat accidens; quia cum natura et suppositum [illegible] com=
municent in eadem existentia, ut docet D. Thomas dicens: [illegible] esse est sup=
positi, nec est ex natura et supposito unitate unum per se simpliciter et
consequenter unum per se principium operandi, quia esse est propter operationem
eius, sicut naturae non competit existere nisi mediante concursu suppositi, ita nec
operari; et sicut indiget suppositum natura ut principio quo, ita natura indi=
get supposito ut reddatur principium quod; unde ex utroque conflatur inte=
grum principium operationis; quia propter neutrum comparatur ad operationem
elicitam pure materialiter et denominative. Nec obstat paritas allata, quia
accidens non communicat cum existentia subiecti, et consequenter non est mirum
quod ibi reperiatur influxus specialis in formis accidentalis operationem, quia
non emanat naturaliter a principiis subiecti, sed solum pure materialiter
in ipso recipitur; quia sicut ex accidenti et subiecto unum per se non resul=
tat, ita nec unum principium operandi per se; sed ex natura substantiali et
supposito a quo terminatur; unde qui [illegible]
manitatis Christi excludunt specialem dependentiam [illegible]
tur convenire cum Nestorio et aliis haereticis sui temporis qui in Christo
Domino duo supposita realiter distincta constituerunt; [illegible] nim humanitas
Verbo operatur, quin cum ipsa concurrat suppositum [illegible]

Verbi

Verbi: videtur hoc illi competere ratione proprii suppositi independenter à Ver-
bo, quia modus operandi sequitur modum essendi; quia propter quidem deberet huma-
nitati independentiam, et subordinationem à supposito Divino in operando, videtur
concedere eidem humanitati proprium, et connaturale suppositum. Ratione cuius per
se, et à se operetur: et consequenter existimat quod fuit hereticorum placitum.

49. Ad 1. Confirmationem respondetur procedere in consequen-
tiam; quia cum suppositum Divinum contineat eminenter perfectionem sup-
positi creati nequit [illegible] alicui naturae, cum subeat vices suppositi connaturalis;
quo circa cum suppositum terminans connaturaliter naturam humanam influat
per se et formaliter in actiones ab ipsa procedentes: idem debet concedi supposito Di-
vino: quia licet Divinum sit supra proportionem naturae creatae [illegible]
non tamen contrariatur ipsius inclinationi: neque [illegible] Christi; quia propter sicut
aqua et alia huiusmodi substantia extranea, [illegible] recipiuntur acci-
dentia non [illegible] causative et formaliter [illegible]
[illegible] eas impediant; hoc tamen admitteretur non [illegible] in supposito Divino
cui natura creata subordinatur non solum in essendo, sed etiam in operando.

50. Ad ultimam confirmationem respondetur [illegible] determi-
nationem specificam, et formalem actionis ipsum et regulari per habitudinem
ad principium quo proximum elicitivum ipsius, ut patet in omnibus actioni-
bus supra recensitis; quia propter perseverante eadem specifica natura, nec da-
bitur variationem principii quo operandi necessarium est, ubi perseveret idem
modus specificus operandi: unde variato supposito non sequitur variatio speci-
fica operationis, licet sequatur variatio individualis earum; non tamen ex-
[illegible] rationes [illegible] importare dependentiam et subordinationem respectu
suppositi Divini, quia potest aliquod [illegible] causative et formaliter influ-
[illegible] actiones quin comparetur ad ipsam per modum specificativum, a quo spe-
cifica determinatio ipsius desumatur: sicut enim [illegible] causam concurre-
re [illegible] causative [illegible] ad quamcumque actionem creatam, et [illegible]
[illegible] determinatio specifica [illegible] creaturae non

Ad

[illegible] ...um 1. quia omnes actiones creatae essent eius-
dem speciei cum omnes illae aequaliter dependeant ab influxu causae 1ae; ita a
principio quo proximo eliciuntur ipsarum; quia licet important habitudinem de-
pendentiae respectu omnium principiorum causaliter concurrentium ad earum pro-
ductionem, illum tamen specificantur, et distinguntur specifice per principium [illegible]
principium illud productivum a quo immediate eliciuntur: unde licet ex muta-
tione suppositi non sequatur mutatio specifica in actibus naturae suppositatae, se-
queretur tamen mutatio numerica, et individualis in huiusmodi operationibus,
quod sufficit ad probandum suppositum causaliter et formaliter concurrere ad
actiones naturae suppositatae; quia si solum materialiter et denominative concur-
reret, ut intendunt contrarii, ex precisa ipsius mutatione non sequeretur ali-
qua mutatio nec specifica, nec numerica in huiusmodi actibus, cum in hoc
casu excludant omnem dependentiam respectu suppositi.

51. 2° Respondetur actiones specificari physice a sola
natura et consequenter perseverante natura licet mutetur suppositum non
sequeretur aliqua mutatio specifica operationum, si pure physice considerentur;
non tamen specificari moraliter a natura sine habitudine ad personam; qua-
propter ex mutatione personae seu suppositi sequitur necessario mutatio spe-
cifica moralis operationis, quod sufficit ad nostrum intentum. Non enim in-
tendimus persuadere suppositum influere causaliter et formaliter in actio-
nes naturae suppositatae, sive huiusmodi influxus sit physicus sive mora-
lis; imo meo videri omnes tenentur admittere actiones voluntarias speci-
ficari moraliter a circumstantia personae, et non a natura; alias obsequium
Regis et Plebeii essent eiusdem dignitatis moralis, et etiam actiones Chri-
sti et cuiuscumque alterius viri; quod etiam ab ipsis contrariis nequit admitti.

52. E[x] [illegible] in solutione huius argumenti [illegible] princi-
paliter innititur sententia Scoti, et Durandi, sufficienter persuadetur ac-
tiones naturae attribui causaliter et formaliter supposito, et non solum pu-
re materialiter et denominative. Restat tamen explicandum qualis sit

influxus specialis Suppositi in actiones naturæ Suppositatæ, quia dependen-
do à Supposito Divino determinante naturam humanam, trahitur quod non sit
effectivus; cum, ut supra diximus, influxus effectivus ad extra sit communis
tribus Personis, nec potest esse materialis, nec per se formalis; quia Verbum Di-
vinum, et eius Suppositum non recipit naturæ humanæ, nec operationibus ip-
sius, nec informando, nec recipiendo, sicut requiritur ad munus in causæ for-
malis.

53. Respondetur ad 10; ex cuius solutione dependet
totaliter plena intelligentia nostræ sententiæ, specialem influxum Suppositi
in actiones naturæ Suppositatæ, reduci ad genus causalitatis effectivæ; quia
licet suppositalitas secundum se considerata quatenus distinguitur à natura
non sit virtus effectiva, terminat tamen naturam, et potentiam operativam,
ut semper per se operentur, iuxta exigentiam ipsius Suppositi, quo propter
effectivum sibi natura concurrens ad quamcumque operationem ab ipsa elicitam.
sicut species impressa dicitur effective concurrere ad intelligendum; quia
licet non sit potentia, nec virtus effectiva intellectionis; cum in virtute in-
tellectuali præsupponat tam virtutem radicalem quam intellectualem ad in-
telligendum, virtutem tamen intellectivam determinat, ut eliciat intellectio-
nem obiecti, iuxta exigentiam ipsius speciei; et etiam dispositiones acciden-
tales, quibus materia [illegible] disponitur et coaptatur, ut recipiat formam sub-
stantialem, dicuntur concurrere cum materia materialiter quæ ipsi commu-
nicent potentiam receptivam, quia eamdem materiam coaptant, ut recipiat
formam determinatam secundum determinatam exigentiam ipsarum. Eo
enim principium determinans, et perficiens aliquam causam in ratione
talis dicitur concurrere cum ipsa in eodem genere causalitatis, quo ipsa
causa concurrit. Cum igitur suppositum terminans naturam secundum
se operativam, nedum compleat ipsam, ut sit sed ut operetur per se. Ve-
rificatur absolute, quod concurrat per modum principii effectivi in
actiones effective producentes ab eadem natura Suppositata.

54. Nec sequitur huiusmodi concursum reductum

di

ad genus Causæ effectivæ esse communem tribus Personis; quia licet omnis concursus universalis, & absolutus ad extra, sit communis tribus Personis; concursus tamen sequutus ad unionem, & determinationem specialem ad effectum determinatæ Personæ, qualis est concursus Verbi in actiones naturæ assumptæ, attribui debet specialiter ipsi Verbo, vel ratione proprietatis personalis, aut ratione voluntatis determinatæ talis proprietate; quia cum huiusmodi influxus sequatur ad unionem personalem, & per modum actionis notionalis quatenus adhoc quod non sit communis tribus Personis, sicut ut probabiliter existimat Scotus, si una Persona Divina uniretur intellectui alicuius Beati, quin intelligibiliter uniretur alia, illa posito Persona in ratione speciei unita effective concurreret cum intellectu ad Visionem Beatam, quin altera non unita effective specialiter non concurreret, licet omnes Personæ Divinæ indivisibiliter concurrant ad Visionem Beatam, & quamlibet actionem creatam per modum causæ 1.æ & universalis; & licet per possibile, vel impossibile Spiritus Sanctus uniretur voluntati creatæ per modum habitum charitatis, ut existimaverunt aliqui antiqui, ex huiusmodi suppositione sequeretur, Spiritum sanctum habere aliquem specialem influxum effectivum in actum amoris supernaturalis, quin esset tribus Personis communis.

55. **4°.** Arguitur specialiter in favorem sententiæ Durandi, quia sicut rectitudo per essentiam opponitur defectibilitati morali, ita vita, & spiritus per essentiam passibilitati & mortalitati, sed Deus de facto unitur per se hypostatice naturæ secundum se mortali & passibili, quin ex vi huiusmodi unionis reddat ipsam immortalem, & impassibilem, adeo Deus nequiret mori, aut pati in natura assumpta: ergo potuit Deus uniri hypostatice naturæ moraliter defectibili, quin excludat defectibilitatem moralem ipsius: ac proinde ex vi præcise unionis hypostaticæ non redditur natura humana intrinsece indefectibilis, & impeccabilis & consequenter præter huiusmodi unionem ad impeccabilitatem Christi exigitur concursus Visionis Beatificæ, & consequenter huiusmodi

Chri-

Unionem ad impeccabilitatem Christi sequitur concursus Visionis Beatificę, gratię habitualis, et aliorum donorum supernaturalium ut vult Durandus.

56. Confirmatur, et explicatur magis. Etenim de facto Suppositum Divinum unitum hypostatice naturę humanę, relinquit corpus humanum absolute passibilem, quia non communicavit ipsi dotem impassibilitatis, quę formaliter et immediate opponitur defectui passibilitatis: ergo si ex eadem unione non dimanaret ad animam Christi Domini visio beata, et alia dona supernaturalia, quibus intrinsece et formaliter rectificatur humanitas, maneret absolute, et formaliter defectibilis in ratione principii operativi, et consequenter per precisam unionem hypostaticam non excluditur ab humanitate Christi Domini potentia ad peccandum. Probatur consequentia quia suppositum Divinum est ipse indefectibile moraliter, est etiam ipse ipso immortale, et impassibile, sed nequit efficere, quod corpus naturę assumptę reddatur intrinsece impassibile, quin ipsi intrinsece communicet supernaturalem dotem impassibilitatis: ergo nequit auferre moralem defectibilitatem animę Christi Domini, quin communicaret ipsi visionem beatam, et alia dona supernaturalia, quibus intrinsece rectificantur in ratione principii moraliter operativi, et consequenter si assumeret humanitatem in puris naturalibus non redderet ipsam absolute impeccabilem.

57. 2° Confirmatur. Moralis rectitudo voluntatis dependet necessario a perfectione et rectitudine intellectus; sed precise ex vi unionis hypostaticę sine recursu ad scientiam Beatam, vel infusam non perficeretur intellectus Christi in ratione principii intelligendi, sed maneret subiectum errori absolute, et deceptioni, et ignorantię. Cum huiusmodi defectus repugnant autem ab intellectu quin intrinsece informetur aliqua perfectione intellectuali, cuius munus nequit suppleri a Verbo Divino hypostatice unito, quia Verbum Divinum seu Deus nequit uniri intellectui creato per modum luminis, aut habitus intellectualis: ergo

ex vi unionis hypostaticae secluso concursu habituum supernaturalem ordinis intellectivi, non redderetur voluntas Christi intrinsece indefectibilis in ratione principii operativi. Cum rectitudo, et indefectibilitas voluntatis radicaliter originetur a rectitudine, et perfectione intellectus; quia ut ait Philosophus, Omne peccans est ignorans, et proinde impeccabile, et indefectibile secundum electionem voluntatis debet esse necessario purificatum a defectu erroris, deceptionis, et ignorantiae, quia perseverante potentia ad errandum ex parte intellectus, oportet, ut maneat potentia ad peccandum ex parte voluntatis.

58. **3°** Confirmatur. Patenus in voluntate Beati non reperitur potentia ad peccandum; quia per Lumen Beatum redditur ipsius intellectus impotens ad iudicandum erronea circa agibilia: ergo si per praecisam unionem hypostaticam non auferentur ab intellectu Christi Domini defectus ignorantiae, et inconsiderationis, nec etiam auferri potest potentia ad peccandum, cum huiusmodi potentia originetur ab errore et ignorantia ipsius intellectus.

59. **4°** Si Angelo Beato hypostatice uniretur natura humana ex vi talis unionis non redderetur absolute impeccabilis: ergo ex praecisa unione personali cum Verbo Divino seclusa unione, et gratia habituali, non fuisset humanitas Christi Domini absolute impeccabilis. Probatur consequentia; quia sicut suppositum Divinum est indefectibile in se ipso secundum propriam naturam, ita Angelus Beatus ratione Beatitudinis, quia perseverante beatitudine nequit in natura propria peccare: sed hoc non obstante redderet humanitatem sibi unitam absolute peccabilem, et in illo sic unita peccaret, et huiusmodi peccatum ipsi attribueretur: ergo idem de facto dicendum est de natura unita hypostatice Verbo Divino.

60. **5°** Verbum Divinum unitum hypostatice naturae humanae non tenetur regulare, et dirigere actiones ipsius. Cum Deus

secundum se non sit subiectum alicui legi superioris. Consequenter nulli obligationi speciali: ergo ex vi unionis hypostaticae praecise non aufertur a voluntate Christi potentia ad peccandum. Probatur consequentia, quia eatenus voluntas Christi Domini est indefectibilis moraliter, qua dirigitur, et regulatur speciali directione Verbi Divini: et consequenter, si Verbum suspensa huiusmodi unione non teneretur ad directionem, nec incumberet aliqua specialis obligatio, posset absolute suspendere concursum specialem, ac proinde voluntas ibi venialiter peccare.

61. 6°. Voluntas humana Christi Domini potest, supposita unione, omittere actum supernaturalem dilectionis Dei instante praecepto [illegible] huiusmodi amoris: ergo supposita unione potest peccare. Nisi supposita unione prohiberetur, vel haberet connaturaliter aliquo auxilio speciali necessario supernaturali: antecedens patet, quia instante praecepto obligatione ad eliciendum actum amoris supernaturalis potest Deus denegare voluntati Christi Domini auxilium speciale per se requisitum ad amandum Deum supernaturaliter; quia necessitaretur Deus ad operandum ad extra. Et consequenter stante praecepto potest voluntas Christi Domini actualiter non operari; et consequenter omittere.

62. 7°. Christus Dominus potuit non obedire praecepto Patris, quo praecepit ipsi mori pro redemptione generis humani: ergo Christus Dominus quantum [illegible] potuit absolute peccare. Consequentia patet, quia non obedire superioris praecepto est omissio peccaminosa, ac proinde qui potest non obedire, potest peccare. Antecedens probatur, quia Christus Dominus libere sustinuit mortem pro nobis, quia non tenuit mortem [illegible]: ergo supposito praecepto potuit absolute non mori, et consequenter non obedire; cum in obedientia consistat forma terminationis liberae rei praeceptae, quia propter si Christus Dominus potuit omittere tolerantiam mortis sibi a Patre Aeterno praeceptam, potuit peccare.

63. Ultimo. Si Verbum Divinum assumeret ad suum

[illegible]

Esse personale naturam ignis &c. non teneretur actiones illius regulare & indifferenter in natura sic assumpta combureretur domum Divitis, vel pauperis quin sibi attribueretur aliqua culpa in huiusmodi combustione: ergo ex vi unionis hypostaticae non tenetur regulare moraliter actiones ipsius sed potest illam relinquere subiectam propriis motibus & consequenter cum potentia, ut affectatur in ma[illegible]?

64. Ad hoc argumentum respondetur disponendo naturae; sicut rectitudo essentialis opponitur defectibilitati morali: ita vita per essentiam immortalitati; si intelligatur huiusmodi oppositio in ordine ad se ipsam, vel vitam per essentiam in se ipsa consideratam; concedo maiorem; si consideretur in ordine ad ipsam ut suppositantem alteram naturam, nego maiorem, et similiter consequentiam; quia licet omnes defectus tam morales, quam naturales aequaliter opponantur Deo secundum propriam naturam, cum Deus in se ipso non solum sit incapax peccati, sed etiam mortis, passibilitatis &c. non tamen aequaliter pugnant huiusmodi defectus in ordine ad naturam assumptam. Unde licet vita per essentiam, quatenus suppositum Divinum, nequit mori in propria natura, potest tamen mori, & pati in natura assumpta. Peccare vero neque in se ipso, neque in aliena natura peccare potest: quia culpa repugnat Deo non solum tamquam [illegible] subiecto, in quo culpa cadere nequit, sicut mors, infirmitas &c. sed etiam tamquam principio, & causae a quo procedat, cum Deus nec proxime, nec remote possit influere in formale peccati; itaque neque media natura assumpta potest peccare & ratio huius est, quia ut docet D. Thom. in 3. dist. 15. q. 1. art. 1. & 2. peccatum avertit, & separat animam a Deo, cum sit perversitas voluntatis, secundum quam anima recta est Deo coniungi. Sed mors, & alii defectus physici licet repugnent Deo in se, non repugnant Deo in natura assumpta, quia non separant animam a Deo, imo capaces sunt deducendum se, ut ad Deum ordinentur. Unde Deus qui omnia ad se ordinat, respexit in mortem Sanctorum; & illam ad se ordinat; peccatum vero secundum se non est ordinabile ad Deum.

65 Ad 1. confirmationem respondetur negando consequentiam. Et concedendo consequentiam [illegible] charitatis [illegible] in hoc quod ut natura humana reddatur impeccabilis sufficit ut omnes illius actiones eliciantur cum subiectione et sub ordinatione ad Deum; et cum ex vi unionis hypostaticae omnes actiones humanitatis Christi Domini subordinentur Supposito Divino, quia ab ipso moraliter efficiuntur, fit inde [illegible] Christi [illegible] impassibilitas [illegible] requiritur ut anima subiiciat sibi corpus, et removeat positive omnibus contrariis [illegible] et principiis corruptionis; at ex inde sequitur aliqua qualitas [illegible] qua beatur Deus impassibilitatis. Respondetur [illegible] sane pariter non favere Durando quia in 4. dist. 44. existimat ipse non esse qualitates supernaturales super additas corpori, sed reddi impassibile per assistentiam Divinae virtutis. Neque quia impeccatur alio [illegible] extrinsece passionem inferentis. Unde sicut Durandus existimat corpus passibile reddi absolute impassibile per quamdam assistentiam extrinsecam Divinae virtutis, quin ei communicetur [illegible] aliqua intrinseca qualitas [illegible] supernaturalis [illegible], [illegible] unione hypostatica animae cum Deo ex qua sequitur intima assistentia [illegible] operationum eiusdem animae reddatur impeccabilis [illegible] communicatio unionis Verbi.

66. Ad 2am. confirmationem respondetur distinguendo minorem. Ex vi unionis hypostaticae manet intellectus Christi potens errare practice nego minorem, speculative concedo minorem. Licet enim intellectus humanus Christi Domini mediante unione hypostatica non perficiatur in ratione principii speculativi, perficitur tamen in ratione principii practici; quia sicut attribueretur defectus in voluntate Verbo Divino: sic etiam talis error practicus ei attribueretur; quia tale iudicium esset inductivum voluntatis ad peccandum. Nec sequitur quod Deus [illegible] in ratione [illegible] peccatum in ratione principii practici [illegible] Dei [illegible], [illegible] enim non erat dirigere ad voluntatem, [illegible]

De [illegible] est [illegible] quia directiua operationum [illegible] moralium. Vnde [illegible] electus [illegible] Deus gubernatio Dei directione, et quamuis in se sit [illegible] imperfectus, [illegible] non potuit practice errare, aut determinare voluntatem ad prauam electionem praeponendo obiectum in [illegible] se [illegible].

67. Ad [illegible] confirmationem respondetur negando [illegible] [illegible] ex [illegible] capite potest prouenire quod intellectus nequeat errare practice, vel quia Deus [illegible] in ratione obiecti et ita omnes [illegible] operationes debeant [illegible] ad ipsum obiectiue; vel quia Deus [illegible] in ratione principii, et ideo etiam debent habere specialem [illegible] ordinationem ad suppositum [illegible] Diuinum; [illegible] quod necessario debeant esse expertes omnis erroris, quia error in his actionibus inducit formaliter ad peccandum, et eodem modo [illegible] voluntas peccandi repugnat Christo; ita hic error ratione [illegible] repugnat cum supposito Diuino, quia [illegible] inducitiuum formaliter ad peccandum, [illegible] haberet [illegible] influxum in ipsum. Haberet specialem influxum in [illegible].

68. Ad [illegible] confirmationem [illegible] negatur [illegible] ad antecedens; quia cum suppositum Beati Angeli [illegible] [illegible] actiones voluntatis assumptae; et ratione talis [illegible] operationes [illegible] [illegible] [illegible] visione Beata [illegible] [illegible] cum sua [illegible] ad [illegible]. Et proinde nulla actio humanitatis posset esse peccaminosa. [illegible] 2° respondetur concedendo antecedens et negando consequentiam. Disparitas [illegible] quod Beatitudo Angeli, ut [illegible] creaturae, cum [illegible] formaliter [illegible] [illegible]. Et solum dirigit actiones [illegible] in propria natura. Et [illegible] se extendit ad directionem ipsius naturae, vel alterius similiter [illegible], [illegible] licet Angelus non posset peccare in se ipso, peccaret, seu posset peccare in natura sibi unita. At vero suppositum Diuinum cum in ratione [illegible] sit infinitum, [illegible] directio non solum se extendit ad operationes in natura propria, sed etiam in natura aliena, et ita nec in natura assumpta, [illegible] in aliena potest peccare. 3° respondetur quod [illegible] Angelus peccaret in natura assumpta, non [illegible] [illegible] [illegible] peccatum.

[illegible]

[illegible] haberet concursum physicum in sua natura, talis concursus esset necessarius, siquidem in natura humana vel a voluntate humana suppositum Angelicum traheretur ad actionem peccaminosam: ceterum si Verbum in natura assumpta peccaret, saltem influxum moralem in actionem peccaminosam [illegible], quia non potest necessitari ab aliqua voluntate creata, cum potest impedire talem actionem, adeo si non faceret esset moraliter influens in peccatum, ac proinde sibi imputaretur.

69. Ad [illegible] confirmationem respondetur concedendo antecedens: nam licet Deus non teneatur ex praecepto alicuius superioris, cum ipse sit supremus legislator, tenetur tamen ratione suae bonitatis, cui repugnat specialis influxus in peccatum. Sicut enim Deus etsi non habeat praeceptum non fallendi, ratione suae veritatis tenetur [illegible], ita similiter dicimus quod licet non habeat superiorem sibi praecipientem quod non influat in peccatum, ratione tamen suae bonitatis [illegible].

70. Ad [illegible] confirmationem respondetur negando antecedens, et ad probationem distinguendo antecedens; quia Deus necessitetur absolute nego antecedens; ex suppositione unionis concedo antecedens, et hinc nullum est inconveniens. Vel secundo responderi potest, quod necessitetur ex suppositione [illegible], quoad speciem auxilii concedo antecedens; quoad [illegible] auxilii nego antecedens. Dicetur fortasse supra data [illegible] argumentum in sententia Durandi qui ipse existimat per visionem beatam reddi hominem impeccabilem ab intrinseco. Contra hoc argumentor. adhuc supposita visione beata potest Deus negare auxilium ad actum amoris: ergo potest beatus peccare. quia respondebit Durandus [illegible] concedit quod Deus ex suppositione quod hominem beatificaverit tenetur ad concurrendum cum illo ad actum amoris. idem nos dicimus ex suppositione unionis hypostaticae.

71. Ad [illegible] confirmationem respondetur negando

gando antecedens, ad Cuius probationem concedo antecedens, nego consequentiam. Dicimus enim Christum Dominum habuisse mandatum a Patre aeterno moriendi, non in hac, vel illa circumstantia, hoc, vel illo genere mortis determinate, et ita vel non potuerit non mori absolute; potuit tamen mori hac vel illa circumstantia, hoc vel altero genere, et hoc sufficit, ut dicamus liberè mortuum fuisse. Sicut enim liberè peccat homo venialiter, licet secundum fragilitatem humanam sit necessitatus ne abstinendo venialiter peccet, quia fragilitas est ad peccandum non hoc, vel illo determinatè, sed absolute sumptum, et ita potest hoc, vel illud determinatè vitare. sic similiter dicimus, quod Christus Dominus mortuus est liberè, quia potuit mori in hac, vel illa circunstantia, vel non potuerit non mori absolutè.

72. 2.º Respondetur cum Cajetan. distinguendo illam propositionem, Christus Dominus potuit non mori negatiuè concedo antecedens, potuit non mori priuatiuè, nego antecedens; itaque in Christo Domino supposito praecepto erat potentia ut non moreretur, non tamen fuit potentia ut non obediret Patri; quia non mori potest dupliciter sumi, vel quatenus est negatio mortis, vel quatenus habet sibi anexam priuationem obedientiae. quatenus est negatio mortis absolutè sumpta sufficit ut actus moriendi sit liber, non tamen hoc modo opponitur praecepto. quatenus dicit priuationem obedientiae debitae Patri, opponitur praecepto Patris. Et ad non mortem hoc modo sumptam non fuit Christo Domino potentia, ac proinde non fuit potentia ad peccandum; et hoc sufficit, ut secundum aliquem respectum possit mori à Christo omitti (quia potuit omitti ut malum naturae) ut liberè moriatur. Sicut enim voluntas necessario fertur in bonum in communi et tamen non necessitatur ab aliquo bono in particulari; quia in bono particulari potest inueniri aliquis defectus, ratione cuius sub ratione mali haberi, et ratione cuius liberè ametur; sic similiter licet Christus Dominus non potuerit non subire mortem reduplicatiuè, ut praeceptum; tamen quia aliàs, secundum alias rationes

poterat mortem non tollerare, ideo possibile fuerit mortuus est; neque hoc argumentum urget nos magis, quam adversarios, quia supposito praecepto moriendi Deus habuit scientiam de morte Christi: ergo si habuit potentiam ad non moriendum habuit potentiam ad falsificandam scientiam Dei. Quidquid dixerint, et nos dicimus.

73. Sed dices: supposito praecepto Christus Dominus habuit potentiam ad non moriendum absolute: ergo potuit peccare: probatur consequentia. Si de facto non fuisset mortuus, peccasset: ergo si habuit potentiam ad non moriendum etiam absolute, habuit ipsam ad peccandum. Probatur consequentia: quia sicut se habet actus ad actum, ita potentia ad potentiam: sed ex eo quod actu non moriatur, peccaret: ergo ex posse non mori, oritur potentia ad peccandum. Respondetur negando consequentiam, et ad probationem distinguitur maior: sicut se habet actus ad actum ita potentia ad potentiam, si sint actus et potentia circa idem obiectum formaliter, concedo antecedens; si respiciant diversa obiecta formaliter, nego antecedens: unde si ex eo, quod non moriatur sequitur peccatum, ex eo quod posit non mori, sequitur potentia ad peccandum. Si y posit respiciat mortem ut praeceptum concedo consequentiam. Si y posit respiciat mortem absolute, nego consequentiam; itaque verum est, quod actus et potentia in genere proportionabiliter eadem praedicata; sed ad hoc requiritur, quod actus et potentia respiciant idem obiectum sub iisdem circumstantiis; quia si potentia non specificatur ab iisdem circumstantiis, a quibus actus specificatur tunc non invenient eadem praedicata in actu et potentia proportionabiliter; quia tunc talis potentia, non est [illegible] huius modi actus. Et hoc non convincitur in argumento proposito: quia si Christus Dominus de facto non moreretur, certum est de facto peccasse; quia non mori actualiter versatur circa obiectum circumstantiis, quibus invenitur in re, in re autem invenitur non mors prohibita: unde ille actus transgrederetur prohibitionem, unde esset peccaminosus. At vero potentia ad non moriendum, quae in Christo Domino invenitur non respicit mortem, ut

prae=

præceptam, seu mortem absolutè; quia mors hoc modo accepta non est ob-
iectum potentiæ peccandi; sed mors ut præcepta, vel prohibita: nec inhære-
tis actum non posse præscindere à circumstantia præcepti, à qua vitiatur
potentia; quia potentiæ sunt magis præcisivæ, quam actus, ut patet
prædestinato: quia absolutè damnari potest, quia respiciat ipsam damna-
tionem absolutè, et tamen ut prædestinatus absolutè non potest damna-
ri: alias posset prædestinationem frustrare. Denique hoc argumen-
tum ab omnibus esse solvendum, et à Durando, qui asserit Christum
esse impeccabilem per visionem beatam: sive à Scoto qui tenet Chri-
stum esse impeccabilem à manutenentia extrinseca; quia omnes asse-
rimus impeccabilitatem Christi Domini, licet in radice impeccabilita-
tis eiusdem inter Christianos dividamur.

74. Arguitur 5. licet gratia habitualis ornatus po-
test peccare, et deiicere gratiam: ergo Christus potuit peccare et desinere
unionem. Probatur sequentia: Ideo iustus potest eiicere peccatum des-
tructivum gratiæ habitualis, quia potest inclinare non iuxta inclinationem
voluntatis, sed contra ipsam: sed voluntas Christi Domini potest ope-
rari contra operationem suppositi divini: ergo sicut iustus potest per
peccatum destruere gratiam, ita Christus Dominus per unionem. Pro-
batur minor: voluntas Christi Domini est vera, sicut voluntas cu-
iusvis iusti hominis: ergo stante unione hypostatica po-
test operari contra inclinationem suppositi divini.

75. Reaccenditur Ferdinando hoc argumentum:
licet gratia habitualis secundum se sit immutabilis, mutabili-
ter informat animam, quia mutabili dispositioni liberi arbitrii
subiicitur: sed unio hypostatica aliquo modo debere subiici
dispositioni voluntatis humanæ Christi Domini: ergo sicut gra-
tia habitualis potest destrui absolutè à voluntate; ita unio hypos-
tatica à voluntate Christi.

Res=

76. espondetur ad hoc argumentum negando con-
sequentiam; et ad probationem nego minorem, ad cuius probationem
distinguo antecedens: voluntas humana Christi Domini est libera si-
cut voluntas alterius iusti, si sic sicut participet libertatem, quoad
substantiam et perfectionem libertatis, concedo antecedens; si sic sicut
participet munus et imperfectionem libertatis, nego antecedens; itaque
dicimus quod est maxima disparitas inter gratiam habitualem et
gratiam unionis, quod gratia habitualis recipitur in anima per mo-
dum habitus, et ita potest anima illam expellere, quando volue-
rit, quia habitibus utimur cum voluntas est nobis; anima vero, nec
voluntas Christi potest operari contra inclinationem suppositi divi-
ni; quia omnes operationes et potentiae sibi ordinantur supposito di-
vino; non vero e contra; quia hoc, et humanitas comparantur
ad suppositum, sicut potentiae respectu animae; et sicut potentiae ne-
queunt operari sine subordinatione ad animam; ita similiter vo-
luntas et anima Christi respectu suppositi divini: qua propter po-
tentiae et habitus nequeunt operari contra inclinationem animae,
et sine speciali illius concursu, quia subordinantur illi in esse
et operari: sic similiter omnis operatio naturae subordinatur sup-
posito, et ab ipso necessario dependet; qua propter natura humana
nequit elicere aliquam operationem contra inclinationem suppositi.
quapropter nequit ipsa, nec voluntas Christi abuti gratia unionis
licet illius possit abuti gratia habituali. Ad id, quod addi-
tur quod unumquodque recipitur ad modum recipientis, dici-
mus, quod est verum in formis et habitibus, qui dependent
ab aliqua dispositione subiecti; non vero in formis, qui nullam exi-
gunt dispositionem in subiecto, qualis est unio hypostatica; sicut
enim unio substantialis animae rationalis ad corpus non dependet, ne-
que in fieri, neque in conservari a dispositione liberi arbitrii; ita
nec unio hypostatica; et sicut ex parte humanitatis non [illegible]atur, nec
dari potuit aliqua dispositio libera, qua disponeretur ad tantam

unio=

Unionem, ita nec poterat ponere aliquam dispositionem contrariam hujusmodi Unioni, qua dissolveretur, et per hoc patet ad confirmationem. Etc.

Vegas
28

Dubium 2um

An Dato, et Non Concesso, Christus ut homo, non esse ab intrinseco impeccabilis, sit ponenda in illo virtus penitentiæ?

Ex dictis Dubio præcedenti constat, Cum impossibilitate peccandi ab intrinseco
conveniens humanitati Christi D. repugnare esse domino Christo virtutem penitentiæ
preter infirmam; Modo examinandum venit, an dato quod possito casu, qui peni
tenciæ repugnet, admittendo disputationis gratia, Christum ut homine non esse ab in
trinseco impeccabilem, sed ratione beatitudinis, vel decreti divini de non permittendo pe
catum in humanitate Christi D. an tunc restaret alia via ad excludendam penitentiam
a Christo D., quæ quidem difficultas, solum habet locum inter auctores, repugn
are esse Christo Domino penitentiam ob eius impeccabilitatem ab intrinseco qui enim impe
cabilitatem ab intrinseco tollebant in Christo D. penitentiam, a fortiori idem defendunt
in Christo admisso, quod sit peccabilis quid in hac parte sentiant, Auctores qui Mandarent
Nescimus cum non pertenuerint ad examinandam penitentiæ difficultatem, attendendo
tamen ad ea, quæ ponunt in Dubio præcedenti ponunt advertimus partem negativam, quia
... alia rationem inquirunt ad excludendam a Christo virtutem penitentiæ, nisi propter
impossibilitatem peccandi ... quam ponunt, quod actus proprius penitentiæ sit esse impossibilis, Christo
D. ut videre est apud Magistrum Medina in præsenti D. 4. Cabrera explican
do 1. ... Solarum ... 2. articulo Sancti Thomæ ar. 4. ... disp. 12 ar. 3. quia
posito amplectuntur omnes ... Dubio præcedenti ut vidimus, admittunt in Christo
virtutem penitentiæ ... tamen a Familiam solent thomistæ defendere in
publicis disputationibus et aliqui in suis codicibus Manu scriptis quibus opposite sit

Nostra Conclusio

Dato et non concesso quod Christus, ut homo, non esset ab intrinseco impeccabilis adhuc
in Christo, repugnaret penitentia loquendo de penitentia proprie
quæ de facto, ponitur virtus specialis, ut placet a thoma
distincta a qualibet allia virtute.

Probatur Conclusio penitentia quæ, de facto datur, ex sua ratione formali tendit ad
redendam satisfactionem inæqualem pro peccato, repugnaret penitentia in Christo, in illo
eventu, ante penitentia ... sensu in quo de illa procedit Conclusio, antecedens constat ex
D. Thoma infra q. 85 ar. 3. in corpore, et ad 2um, ubi penitentiæ quæ de facto datur
assignat, partes potentiales iustitiæ, ex defectu æqualitatis satisfactionis cum debito, et
videatur D. Thomas 2a 2æ q. 80 ar. unico ubi agit de partibus potentialibus iustitiæ, et
in principio corporis constituit religionem, pietatem ... iustitiæ, quia non reddit Deo, æqualitatem
pro debito, cum alias, virtutes sibi constituunt partes potentiales iustitiæ, non quia non redda
nt æquale pro debito, sed quia, licet æquale reddant non tamen deficiunt debitum quod sit
semper debitum, qualiter requiritur ad iustitiam stricte talem, penitentia
non cadit a iustitia stricte tali; quia non respicit debitum simpliciter tale

Siquidem respicit tantum ortum ex iniuria irrogata Deo, ex quo oritur
dictum debitum satisfaciendi; ergo ex eo sua ratione formali sit pars formalis
iustitiae, ut asserit D. Thomas, deficiat quae a ratione perfecte iustitiae, quae non reddit
aequale. Sequitur poenitentiam ex sua ratione formali tendere ad satisfactionem
inaequalem, quia tendit ad satisfactionem pro offensa Deo irrogata, cui est inaequalis sa-
tisfactio, per se intenta poenitenti. Ergo quamvis non potest in tali casu dari in
Christo virtus ad satisfaciendum ad aequalitatem pro peccato, quod repugnaret in Christo
virtus poenitentiae. Antecedens est certum, quia in tali casu Christus D. ad aequalitatem satis-
faceret pro peccato, pretio, imo superabundanter, sicut de facto satisfecit
pro nobis. Confirmatur: Nam licet dari in Christo virtus per se ordinata ad talem sa-
tisfactionem aequalem, quamvis non potest tamen quod ex virtute per se ordinata ad satisfa-
ciendum ad aequalitatem pro peccato repugnaret virtus per se ad satisfaciendum
tantum inaequaliter ordinata pro peccato. Quod patet, nam cum lumine per se
ordinato ad cognoscendum Deum perfecte repugnat lumen per se ordinatum
ad eundem cognoscendum imperfecte, ut videre est in lumine fidei et in
lumine gloriae; ergo similiter cum virtute per se ordinata ad satisfaciendum
de Deo pro offensa perfecte, id est ad aequalitatem, repugnat virtus ad satisfaciendum
de Deo pro offensa imperfecte, hoc est ad inaequalitatem, quia sic comparantur perfecte et im-
perfecte satisfacere Deo pro offensa, sicut perfecte et imperfecte Deum cogn-
oscere, id est lumen gloriae et fidei, comparantur tamquam perfectum et im-
perfectum ex parte subiecti, ex quo sequitur comparative [illegible] dicendum
de virtute tendenti perfectam satisfactionem pro peccato et repugnanti imperfectam
satisfactionem pro illo [illegible] tum [illegible] eadem quamvis in tali casu repugnaret esse
virtus [illegible] poenitentiae, quod repugnaret esse poenitentia in Christo. Se-
cundo [illegible] est bona 2a dicta dubio [illegible] quamvis non [illegible] repugnaret satisfactio inaequali-
s et actus 1us poenitentiae [illegible] ex hoc [illegible] formaliter respicit satisfactionem inaequalem;
ergo nam repugnaret satisfactio quae non esset dignificata dignitate personali Christi,
sed satisfactio dignificata dignitate personali Christi repugnat quod sit inaequalis sa-
tisfactio pro peccato; ergo repugnat satisfactio inaequalis et consequenter actus 1us poenitentiae.

Sed instabis:
Ista ratio [illegible] Christo quod in tali casu daretur virtus per se ordinata
ad aequalem satisfactionem, non videtur repugnare dari in Christo virtutem poenitentiae; quae ratio
non probat intentum. Patet [illegible] nam repugnat poenitentia. Patet ex comparatione fidei cum
lumine gloriae in Christo. Sed dices [illegible] comparationem non videtur esse repugnare poni
in Christo poenitentiam; quod patet [illegible] non repugnaret esse virtutem per se ordinatam
ad aequalem satisfactionem non poni in tali casu in Christo; ergo non repugnat in tali casu
sed poni poenitentiam in Christo. Antecedens constat tum quia non repugnat esse Christum
[illegible] tertii [illegible] gratia habituali et donis ad illam pertinentibus tum
tum quia non repugnat praedictam virtutem per se ordinatam ad aequalem satis-
factionem separari a gratia habituali Christi Domini. Sic [illegible] aliis [illegible]

possunt, de pot. Dei abs.ª separari a Grãa habituali, dgum.ª n.º pro tunc penitentª, concludit, potest repugnari de essentia, cum natª pervse ordinata ad æqualem satisfactionem, pro peccato; q.º sicut de pot. Dei absª desicerent in xpto ut erat possibile, tum esset locus ad ponendum penitentiam in xpto: ãn tene sic dgum.ª ex exemplo quo iubatur ratio, et sic fides repugnat esse in xpto cum lumine Gloriæ tanquam q.ª n. repugnat esse poni xptum a parte rei sine lumine Gloriæ, n. repugnat esse fides in xpto, et si de pot. Dei absª poneretur xptus sine lumine Gloriæ in tali casu, esset locus fidei in intellectu xpti. q.º similiter si de pot. Dei absª potuit in casu huius dubii desicere a xpto d.º natus pervse ordinata, ad æqual. satisfactionem, potuit similiter esse locus ad penitenciam in xpto statuendam.

Respondetur ad instantiam distinguendo ang. ad cuius probationem dessa maiori, distinguo minor. ad cuius probationem distinguo ang., distinguo, ang. n. poneretur formaliter, dico ang.; n. poneretur æquivalenter, vel eminenter, nego ang. et dgum.ª ad 1.ª probationem declarat ang. ad 2.ª probationem anti, sic absª dico ang. vel distinguatur per distinctionem datam, n. repugnat predictam natª separari loquendo de illa formaliter accepta, dico ang., loquendo de illa in munere vel æquivalenter, nego ang. et dgum.ª ad 1.ª probationem dgum.ª dico anti distinguo, d.º si desiceret, tam formaliter accepta, quam æquivalenter, vel in munere accepta, dico dgum.ª si solum desiceret formaliter accepta, n. equivalenter accepta, vel in munere, nego dgum.ª — Ad 2.ª probationem dgum.ª dico anti, potest dici dg.º vel distinguendo si talis natus pervse ordinata, ad satisfactionem æqualem desiceret n. solum formaliter accepta, sed etiam æquivalenter, vel in munere accepta, dico dgum.ª si solum desiceret formaliter accepta, nego dgum.ª

Dupliciter via potest satisfieri huic obiectioni, cuius solutio, dependet ex explicatione et intelligentia hypotesis sub qua procedit dubium, quæ potest intelligi 1.º modo quo a scotistis dicitur, pretium, n. esse impeccabilitas ab intrinseco, decidendo illi omnia dona quæ decerunt Grãam habitualem, et defacto fuerunt in xpto, et d.º q.º natus pervse ordinatam ad æqualem satisfactionem omni culpa, tam propria, quam aliena quæ est ex se; ut in nostra hypotesi distinguendo xptus, illum omnibus quæ defacto habuit, quæ includunt natª pervse ordinatam ad æqualem satisfactionem offensionis Deo irrogatæ, et loco impeccabilitatis admittendo dignitationem gratiæ n. esse ab intrinseco impeccabilitatis. Sic intellecta hypotesi sufficit, ad solvendum instantiam probantem natª penitentiæ repugnare in xpto, cum natª pervse ordinata ad æqualem satisfactionem, q.ª dubium presens procedit de xpto d.º supponendo in illo talem natª, ad æqualitatem satisfactoriam. Sicut q.º 2.º inquiritur an in xpto d.º potuerit esse fides, procedit dubium de xpto supposito in illo, visionem beatam, qua posita sic intellecta hypotesi; n. est contra nostram dictam et rationem, quod potuerit esse penitentª in xpto d.º ex suppositione q.º poneretur, peccare, et q.º de pot. Dei absª poneretur sine, natª pervse ordinata ad æq

equalis satisfactio, sicuti poterit poni in supposito fidei, si poneretur actus Dei
seu lumine gloriae.

Potest aliter intelligi hypothesis, scilicet quod ponatur ab intrinseco

separetur peccatum supposito, et ex altera parte quod supponeretur ab illo virtus esse ordinata ad equaliter satisfaciendum Deo pro peccato; tunc etiam dicendum est repugnari in supposito poni virtutem poenitentiae per se ordinatam ad inaequalem satisfactionem pro peccato: quia tunc semper maneret, equivalenter saltem in munere virtus per se ordinata ad satisfaciendum ad equalitatem pro peccato, quia quodcumque opus poneretur in supposito tali ad satisfaciendum redderet satisfactionem equalem, siquidem haberet satisfactionem dignificatam a persona Dei: ergo equalem, dicto procedenti pro peccato; nunc tale opus a quo satisfactio procederet esset saltem in munere virtus per se ordinata ad equalitatem satisfactionis, ex quo sequitur repugnare, cum tali opere, actus poenitentiae, qui est satisfactio inaequalis, et per consequens repugnare virtutem poenitentiae.

Solvuntur Argumenta contra
Dd. et Rationes illius

Arguitur 1o: eo in tali casu non esset locus ad ponendum in supposito tali virtutem poenitentiae, quia adhuc in tali casu omnis supposito satisfactio pro peccato esset ad equalitatem et satisfactio procedens a virtute poenitentiae non respicit equalitatem; sed hoc non impedit poni in supposito tali virtutem poenitentiae. Probatur Maior 1o: bene explicatur satisfactio supposito Dei tunc esset ad equalitatem et quod talis equalitas non per se respicitur a virtute satisfaciendi, sed solum respiciatur satisfactio ut in persona posita liter, et relativus equalis per unitatem a virtute satisfaciendi; sed satisfactio ut in persona debet respici a virtute poenitentiae. Probatur Maior: quia supposito Dei satisfactio habuit de facto suam abundantiam, et quod virtus per quam satisfaciebat non respiciebat per se illum excessum repertum in satisfactione, sed quod illum permittebat; ergo similiter in illo casu apparet quod offerret equalem satisfactionem pro peccato propria virtute, a qua procedit satisfactio non respiceret per se equalitatem, sed illam permitteret, ac in virtute motum, quia Doctores dum satisfaciunt pro iustitia commutativa et communiter tenent Thomistae, iustitia commutativa per se respicit equalitatem rei ad rem et in satisfactionibus, in iustitiis equalitatem satisfactionis cum debito orto ex offensa: quia excessum inventum in satisfactione non per se respicit, sed permittit; pro quo et si in satisfactione de facto exhibita a supposito Dei de facto sit excessus ad debitum non fuit, satisfactio a virtute per se respiciente excessum: ergo et si in casu nostro dicti supposito Dei satisfactio esset ad equalitatem, non procederet a virtute per se respiciente equalitatem.

Ratio 2o ea, nam quod poenitentia sit virtus, quae est iustitia potestativa et ex sua ratione respiciens inaequalem satisfactionem non tollit quod in supposito respiciat equalitatem,

satisfactionis, ergo non facit quod in proposito dato negetur virtutis poenitentiae pars, nam et si inspe
diat quod per suam rationem formalem respiciat aequalem satisfactionem, non tollit quod per suam
ri accidentalitatibus seu rationem subiecti debeat illi respicere aequalem satisfactionem
seu rationem subiecti in quo est, quod est pars, nam et si iustitia commutativa per suam rationem formalem
respiciat aequalitatem in satisfaciendo in proposito tamen ratione subiecti in quo est haud potest
habere defectum in satisfaciendo. Ergo similiter iustitia potentialis ut poenitentia
quamvis per suam rationem formalem respiciat inaequalem satisfactionem, tamen ratione
subiecti haud potest ponere aequalitatem in satisfaciendo. ✠

3° Pro eadem materia non est dicta ratio
poenitentiae eo quod iustitia potentialis est quod in aliquo subiecto pertingat ad ponendam
aequalitatem debito. Ergo eo quod poenitentia respicit inaequalem satisfactionem, non sequitur
esse negandam in proposito pars, nam solum est dicta ratio iustitiae potentialis quod desinit esse
distinctionem potentialem dico essentialem a iustitia perfecta; sed hoc solum dicere
videtur si in sua ratione formali poneret aequalitatem quod est motivum proprie inspectum
a iustitia perfecta, non vero si ratione subiecti illum debeat illi aequalitatem ponere. Ergo
pro motivis quae deberent formis ratione subiecti in quo sunt non variant esse formas
ut videre est in ratione transcendentali inventa in notitia intuitiva respectu obiecti
cogniti quod existit, respicit verum existentem, et tamen hoc illi non debetur per respectum formalem
sed ratione subiecti non tollit distinctionem essentialem talis relationis transcendentalis a
relatione praedicamentali in respiciendo verum existentem. Ergo per quod poenitentia
per suum respectum formalem non ponat aequalitatem, quamvis aliunde aequalitatem
efficiat, dico afferat ratione subiecti, in proposito dato salvanda distinctionem essentialem
illius a iustitia perfecta. ✠

Respondetur ad argumentum, dicta ratione negando minorem ad cuius probationem
nego maiorem; ad cuius probationem, dico ante nego consequentiam; ad cuius probationem
dico ante nego consequentiam per hoc quod satisfaciat pro debito stricte tali quod proprie inspi
citur a iustitia, ut distinguendum est ubi est locus ad satisfactionem aequalem proprie
inspicitur a iustitia subiectiva tali et quae secundum perfectam rationem iustitiae, non vero
a iustitia potentiali; et cum ad aequalitatem satisfaciendo, reddendo aequale pro debito
non opponantur cum hoc quod est aliquid ultra debitum liberaliter conferre,
sicut in creditore qui debet quinquaginta potest reddere centum; et dicta eadem actio
potest imperari et a iustitia et a liberalitate, et si creditor cui fit satisfactio
sit pauper et debitor respiciendo solutionem attendendo quod ad paupertatem
superaddat ad debitum; tunc illa actio exterior imperatur a iustitia et misericordia
a liberalitate; quae praedicta motiva non opponuntur, inde est quod bene componitur ut in proposito sit
satisfactione quatenus ad aequalitatem attendat, iustitia; et quatenus superexcedens
liberalitas proprie vero satisfaciendo ad aequalitatem et proprie satisfaciendo ad inae
qualitatem respectu eiusdem subiecti, dico satisfactionis eiusdem creditoris et debiti, sunt motiva
esse in compossibilia et dicta virtutes proprie inspectae ad illa sunt incompossibilia;

—

ut, licet in composito in sensu disputationis esset virtus poenitentiae respiciens aequalitatem satisfactionis semper compatibilis cum illo imponibili poenitentia poenitentiae respiciens inaequalem satisfactionem, quod inde sequitur quod virtus poenitentiae respiciens inaequalem satisfactionem ponitur in subiecto propter defectum virtutis poenitentiae respicientis aequalem satisfactionem, ad modum quo fides propter defectum luminis gloriae ponitur in subiecto.

Ad 2.dum facilem minorem nego ad cuius probationem distinctionem nego, haud ponere, concedo instrumentaliter, nego ac poenitentiae formaliter, nego ac, quia satisfaciendo ad aequalitatem condignitatis ut Christus satisfecit pro hominum peccatis, qui satisfacit plus agat quam debet, et licet non obstat perfectam iustitiam sed solum facit quod ultra rationem talis iustitiae ibi resplendeat ratio formalis liberalitatis, quae quidem motiva, sicut virtutes illas respicientes recte interius coherent, cum sint interius opera, poenitentia vero non potest ponere aequalem satisfactionem ratione subiecti, quia ideo ponitur poenitentia in subiecto, quia est illi imponibile exhibere satisfactionem aequalem, si modus arguendi positus in 2.da probatione minoris aliquid valeret, similiter posset argui, et si fides ex sua ratione formali respiciat non visum obiectum, tamen ratione subiecti in quo est potest attingere obiectum visum, et consequenter ponitur in obiecto, ubi tamen modus arguendi nihil probat, quia ideo ponitur fides in subiecto, quia visio non haud visus ad attingendum clare obiectum, sed ut qua videat obiectum, si visio haberet virtutem per quam videret, eo ipso esset impeditum ad habendum fidem. Similiter subiectum habens potentiam ad satisfaciendum ad aequalitatem est impeditum ad habendum virtutem poenitentiae, institutam ad satisfaciendum ad inaequalitatem.

Ad 3.um rationem eiusdem minoris nego, ad cuius probationem, ista maiori et minori, quoad 1.am partem negatur, quoad 2.am sic distinguitur, minor, quoad 2.am dico, si aequalitas ex parte subiecti non sit opposita cum aequalitate ex parte actionis formalis virtutis, concedo minorem; si sit poenitentiae opposita cum aequalitate ex parte rationis formalis virtutis, nego, peccata, nego consequentiam, et consequens ad probationem minoris distinguo rationem, quando quae conveniunt ratione subiecti non sunt poenitentiae oppositae cum eo quo formaliter, et consequenter dapsile ubi, concedo ac, quando sunt poenitentiae opposita, nego ac et consequentiam, ad probationem, antequam in materia adducta respondetur verum tenere, quia quod ratione, quamvis in dentalibus potentiis intrinsecus ad suum obiectum ratione subiecti petat terminum existentiae, non infert quod talis relatio ex sua ratione formali petat terminum existentem, quod non poenitentia ratione subiecti in quo est respiciat aequalem satisfactionem infert, quod ex sua ratione formali respiciat aequalitatem in satisfaciendo. Sicut si fides ratione subiecti in quo est possit tendere in obiectum visum sequeretur, quod ex sua ratione formali tenderet in obiectum visum, quia tam fides quam poenitentia, consequenter supponunt imperfectionem ex parte subiecti; fides ex imperfectione carentiae visionis obiecti, poenitentia imperfectionem similiter satisfaciendi ad aequalitatem, ut sic defuerit ex parte subiecti aliquid essentiale deficeret praedictis virtutibus, et consequenter quod dicitur praedictis virtutibus ex sua ratione formali, quod consequenter praesupponit subiectum, hic praedictis imperfectionibus et peculiariter imperfectionibus, sic ostenditur destructio rationis formalis illius; si

si ratione subiecti in quo est potest ad aequaliter satisfacere, quia in virtute satisfactiva respicere inaequaliter per sua ratione formali, et respicere inaequaliter ratione subiecti in quo est coincidunt, quia respicit inaequaliter ponendo a subiecto in quo est praeter impossibilitatem aequalis satisfactionis exhibendae a tali subiecto, et dicitur respicere inaequaliter paenitentiae per sua ratione formali non est respicere inaequaliter ab alio ponendam, sed ponendam a subiecto in quo est, et quia suppositum non potest offerre aequalem satisfactionem ideo in illo ponitur paenitentia ut ad inaequaliter satisfaciat. 2a sum potest qua praeter in virtute satisfactoria, per sua ratione formali respicere inaequaliter idem valet ac respicere subiectum, potens aequalem satisfactionem exhibere seu aequalem satisfactionem et constitutam in potentia subiecti in quo est similiter quod virtus satisfactoria in sua ratione formali respiciat aequaliter satisfactionis, sed idem valet ac respicere subiectum, in potens ad aequalem satisfactionem exhibendam =

Sed contra solutionem et doctrinam datam solvendo argumentum replicatur quod paenitentia ratione subiecti, reddat aequalem satisfactionem, nullatenus tollit quod de sua ratione formali respiciat inaequalem satisfactionem. Ergo solutio et doctrina data vera non est. Antecedens probatur quia religio, in Christo, reddat Deo aequalem satisfactionem pro beneficiis acceptis ratione subiecti in quo est, non tollit quod religio, per suo conceptu formali, respiciat inaequaliter cultum per reddendi pro debito, quod idem dicendum de virtute paenitentiae quae bona, antecedens probatur religio est iustitia potentialis et dicitur per suo conceptu formali respicit inaequale offerendum pro debito et similiter in Christo ratione personae subiecti, offerebat cultum aequalis dignitatis, ac erant beneficia accepta a Deo in humanitate siquidem humanitas sanctificata per gratiam unionis quod est supremum beneficium, factum humanitati Christi Domini non importat minorem dignitatem quam virtus alio operationes Christi Domini per, quas Deo cultum et honorem exhibemus, ergo quod religio in Christo ratione personae subiecti reddat aequale pro debito, non tollit quod per sua ratione formali, respiciat inaequale exhibendum Deo per debitum; et idem argumentum potest fieri de gratitudine, quae est iustitia potentialis, et tamen in Christo, ratione personae subiecti in quo est reddit gratias Deo pro beneficiis acceptis ad aequalitatem; ergo bene stabit quod iustitia potentialis qualis est paenitentia, in suo conceptu formali respiciat inaequalem satisfactionem et quod ratione subiecti possit reddere aequalem satisfactionem =

2o bene stabit quod eadem qualitas, per sua ratione formali sit difficile mobilis a subiecto et tamen ratione subiecti in quo est, sit facile mobilis a subiecto; ergo similiter, recte stabit quod eadem virtus per sua ratione formali inaequalitatem respiciat, et ratione subiecti in quo sit pertingat ad aequalitatem. Antecedens est certum in theologia, nam scientia et habitus acquisitus per sua ratione formali est difficile mobilis, et tamen ratione subiecti in quo facile potest deperdi; sicuti in amente, falso autem per sua ratione formali, est facile mobilis, et tamen ratione subiecti, pravae dispositi et pertinaciter adhaerenti sibi, redditur difficile mobilis; quia nihilominus opponuntur respectu eiusdem qualitatis esse facile et difficile mobile, quam respectu eiusdem satisfactionis ad aequalitatem et inaequalitatem, sed esse facile et difficile

manife si referandi alterum ad rationem formalem, et aliud ad subiectum in quo inaequalitas; ulterius dicend oppositio quod idem esse aequalitate et inaequalitate, satisfactionis altera relata ad subiectum mediate, alia vero ad rationem formalem mediate.

Respondet ad replicam respondeo ad cuius probationem distinguo antecedens ita ut dignitas fundata in beneficiis acceptis sit dignitas praecipuum, seu primarium ad quod attendit religio, nego antecedens ita ut sit dignitatum minus praecipuum, et ad quod secundario et secundum quid attendit religio, in ordine ad cultum Deo, reddendum concedo antecedens et nego consequentiam quod secundum suam rationem formalem redeat aequale in dignitate quod primario respicit, pro quo non potest reddere aequale, ratione subiecti in quo aliter non deficeret, a ratione iustitiae perfecte propter inaequalitatem cultus, oblati etiam eodem, sicut potest dici 1a quod etiam defectu converissi in poenitentia, quod reddit aequalem satisfactionem peccato veniali, sed quia non respicit 1o satisfactionem pro peccato veniali, sed 2o et in ordine ad satisfactionem pro mortali, hoc non tollit, quod secundum suam rationem formalem respiciat inaequalem satisfactionem.

Oportet quod 1o explicare dignitatem quae 1o spectatur a religione, quae quidem assignatur a D. Thoma 2a 2ae q. 81 art. 1o in fine corporis et ad 4 per haec verba: quia tamen specialis honor debetur Deo, tamquam 1o omnium principio, et specialis ratio cultus sibi debetur, et art. 4o in corpore ubi docet religionem in exhibendo cultum Deo, attendere ad excellentiam ipsius Dei, admodum quo in humanis diversis excellentiis personarum diversimodus honor debetur, et q. 101 art. 1o in corpore sic habet: homo efficitur diversimode aliis debitor secundum eorum diversam excellentiam, et diversa beneficia ab eis suscepta in utroque enim Deus summum obtinet locum, et quia excellentissimus est et est nobis essendi et gubernationis 1us principium, ut D. Thomas 1o loco ponit dignitatem quae fundatur in excellentia divinae cui, cultus debetur, et 2o loco dignitatem specialem beneficii, oblati a Persona cui cultus debetur, ex quo, habetur quod religio in exhibendo cultum Deo, attendit primario, ad dignitatem fundatam in excellentia propria Dei, et 2o ad dignitatem fundatam in beneficiis acceptis a Deo; et ad dictum ... non est necessarius ... ad intentum nostrum non est necessarius, quod dignitas fundata in beneficiis acceptis a Deo, inspiciatur a religione 2o et ex rigore, sed sufficit quod non sit dignitatem adaequatam ad quod attendit, sed quod inspiciatur, simul cum aliis sequitur, ... ex summa excellentia Dei in se, pro qua dignitate religio in Christo non potest reddere aequale ratione suppositi, quia dignitas operationis Christi non est tanta, quanta excellentia illius divina propria Dei in se quae est per esse infinita, ut manifeste dignitatem excedit cultum oblatum Deo a Christo, pro religione. Similem doctrinam dabimus tradit D. Thomas ubi 2a 2ae q. 104 art. 2o ad 4. ubi ait. Tamen ... respicit personam excellentem; et ideo secundum diversam rationem excellentiae diversas species habent. Ex quo omnibus deducitur ex ratione 2a quod primaria respicit rationem subiecti, in quo sit reddere aequale pro dignitate, ad quod principaliter attendit, sed religio in Christo Domino.

Sed id quod dicitur de gratitudine reddendi aequale pro dignitate sibi beneficii accepti. Respondetur quod gratitudo ex sua

rationem formalis haud reddere aequalem gratias, beneficii accepti, immo
super excedentes, iuxta doctrinam Sancti Thomae 2.a 2.ae q. 106 in corpore. Cum quo stabit
quod sit iustitia generalis, quia gratitudo non deficit a ratione perfecte iustitiae quia non reddat
aequale secundum debitum ad quod attendit, non est debitum stricte tale, ut docet Sanctus Thomas
2.a 2.ae q. 80 ar. unico, in corpore; et cum gratitudo ex sua ratione formali, teneatur
potius reddere superexcedens, quod ratione sui reddat aequale, scilicet superexcedens non opponitur
rationi perfectae iustitiae.

Ad 2.m replicam dico antecedens negando consequentiam, ad cuius probationem
dico maiorem quod mobilitas vel immobilitas dominii, qualis ex sua ratione formali
est habitus, desumitur ex toto quatenus attendit ad necessariam connexionem praedicati
cum subiecto, scilicet dicti cum obiecto, quae quidem est omnis invariabilitas, et immobilitas
habitus ex toto capite desumpta, reddit habitum perfectum mobile, a subiecto
ab intrinseco habitus. Et tamen immobilitas non supponit necessario, etiam subiecti
dispositionem ad conservandum habitum, quia ex ratione subiecti potest esse fieri mobilis;
et immobilitas ex parte subiecti est extrinseca et accidentalis habitui, ex quo se
quitur immobilitatem habitus sumptam ex parte obiecti, et immobilitatem sumptam ex parte
subiecti, comparari ut duas immobilitates, iungentes inter se inaequalitas non obiecta
in eadem satisfacienti ex parte obiecti est praeter inaequalitatem ex parte
subiecti talis virtuti, intellectum est solvendo argumentum.

Ad 3.m replicam solutio applica
tam ad 1.m replicam, obiicitur, quod poenitens in exhibendo cultum, per religionem
attendit primo et principaliter ad excellentiam ipsius Dei non tollit quod ratione sui
scilicet religionis in poenitentia reddat Deo aequale debito, quia solutio est nulla. Probatur antecedens
1.o virtus per quam poenitens Deo satisfecit quod qualis generis humani, attendit
ad Maiestatem Dei offensam, et tamen reddidit Deo aequale et super abundans;
ergo et si religio attendat ad excellentiam Dei, in poenitentia reddit Deo aequale debito.
Probatur consequentia, Dei Maiestas est aequalis dignitas ac Dei excellentia, ad quam
attendit religio; ergo si virtus attendens ad Dei Maiestatem in satisfaciendo
debito reddit aequale debito immo et super abundans in poenitentia Deo, pariter virtus
attendens ad excellentiam Dei in reddendo cultum Deo, posita in poenitentia, re
dit aequale debito. 2.o idem argumentum gratitudo in poenitentia reddit Deo debitas
gratias beneficii accepti, immo plusquam debet, quia sic petit virtus gra
titudinis, ut docet Sanctus Thomas 2.a 2.ae q. 106 ar. 6 in corpore: ergo et si religio, in red
dendo cultum Dei attendat ad excellentiam Dei, dicendum est in
poenitentia reddidisse cultum aequalem debito. Probatur consequentia et si poenitens in reddendo
Deo gratias per virtutem gratitudinis, attendat ad Deum, ut sine factore,
non tollit, quod gratitudo in poenitentia reddat aequales gratias; ergo similiter quod reli
gio in poenitentia attendat ad excellentiam Dei, in reddendo cultum non facit quod
non reddat aequale debito siquidem excellentia Dei, ad quam attendit re
ligio quae est excellentia Dei ut est 1.m principium attendi non excedit dignitatem

Dei, ut benefactoris quae est excellentia Dei, ut est 1.a propensio benefaciendi ad quam atendit gratitudo ∴

Aliter poterat replica formari contra solutionem objicientem ad 1.am replicam, dicendo quod sicut religio quae atendit ad Dei excellentiam in reddendo cultum non potest reddere aequale condignum posita in peccato, pariter quoniam virtus satisfactoria in peccato atendit ad majestatem Dei offensam, non poterit reddere aequale condignum, consequenter nec satisfacere ad aequalitatem. Et consequenter satisfactione per modum poenitentiae vel alia quae non sit perfecte justitia. Quoniam casu quo esset ab intrinseco impeccabilis, esset ponenda in peccato poenitentia ad satisfaciendum de peccato proprio, siquidem in satisfaciendo atenderet ad majestatem Dei offensam ∴

Respondetur ad objectionem negando antecedens ad cujus 1.am probationem distinguo majorem, ita ut in ipsa majestate Dei in se considerata fundetur debitum aequo satisfaciendi, nego majorem; ita ut non fundetur debitum aequo satisfaciendi in ipsa majestate Dei intrinseca, sed prout ut gravificante offensionem, concedo majorem, et distinguo minorem, nego consequentiam; ad cujus probationem, distinguo antecedens de utraque in se considerata, negando consequentiam; quoniam religio atendit ad Dei excellentiam, quatenus Deus per illam est summe tali, et supra hoc fundatur debitum ad quod principaliter atendit religio in reddendo cultum, debitum tamen ad quod atendit satisfactio pro peccato non fundatur supra majestatem Dei in se, sed supra illam ut gravificantem offensam; quam non reddit tam malam, quam bonus est Deus, per suam summam majestatem, nec reddit tam malam quam reddit bonam, pro satisfactione, dignitas personalis satisfacientis, quod probo namque, quoniam virtus satisfactoria non atendit ad dignitatem personae cui exhibetur satisfactio, sed ad rem illi debitam, nam aequaliter satisfacit, qui reddit centum Regi ac qui reddit centum plebeio; quia praeter personam in satisfactione, solum esse haud ut subditum cui exhibetur satisfactio non est ut fundans debitum aequo oritur obligatio satisfaciendi ∴

Ad 2.am probationem antecedentis contra antecedens negatum distinguo, ad cujus probationem distinguo antecedens ad Deum ut benefactorem; ita ut debitum ad quod atendit gratitudo formaliter, et immediate fundetur supra rationem benefactoris Deo intrinsecam, nego antecedens; ita ut tantum causaliter fundetur supra rationem benefactoris Deo intrinsecam et formaliter et immediate supra beneficia a Deo accepta, concedo antecedens, et nego consequentiam. Doctrina data ad 1.am probationem antecedentis applicetur ad 2.am ut enim ait D. Thomas 2.a 2.ae q. 106 ar. 1.o gratitudo atendit ad debitum fundatum in beneficiis, acceptis ut suo benefactori pro illis rependeret et quoniam in benefactori magis est atendendus ad affectum benefaciendi, quam ad effectum, ut tradit D. Thomas, loco citato ar. 5.o et 6.o Similiter ut pro gratitudinem quis plus reddat, quam accepit non est atendendum ad id quod reddit, sed ad affe

affectum quo vedit ut ait D. thom. ar. 6° citato ad 2.um u.e suffit nos plus videndi et sic possumus videre plus parvulibus per gratitudinis; numquam possimus videre equale quantitas ad effectum =

Arguitur 2° contra dicta: ex suppositione quod Christus ut homo non esset absolutus impeccabilis esset ponenda in Christo virtus per se ordinata ad satisfaciendum pro peccato proprio; sed haec non esset alia a poenitentia quae de facto est; ergo esset ponenda in Christo virtus poenitentiae. Probatur Minor: non esset iustitia per quam de facto satisfecit pro peccatis generis humani; ergo esset poenitentia quae nunc est bona: quia dubium procedit de poenitentia quae de facto est, an esset ponenda in Christo; ita si per aliam virtutem satisfecisset (si iustitia quae de facto est) debet intelligi de iustitia quae de facto est quae quidem fuit in Christo: ergo non probatur virtus per quam, tunc satisfaceret haberet dolere de peccato proprio sed iustitiae de facto Christo Domino debentur repugnat esse dolere de peccatis propriis Christi Domini; ergo probatur Minor tum quia virtus iustitiae per quam Christus Dominus satisfecit esset eadem esse in illa hypothesi ac modo est ut nunc supponimus: sed si nunc repugnat illi esse dolere de peccato proprio Christi Domini et tunc repugnaret. Consequentia est bona quia eadem res esse manente eadem non stat aliquid esse repugnare modo quod antea non repugnabat; sed non stat aliquid esse debere modo quod antea non debebat repugnantia illa essentialis non ex aliquo praedicato accidentali proveniret sed ex aliquo novo praedicato essentiali et sic ergo esset et esset diversa. tum probatur eadem Minor quia dolere de peccato proprio est actus proprius virtutis poenitentiae ut docet D. thom. infra q. 85 ar. 2. et diximus praecedenti dubio; sed actus proprius unius virtutis repugnat procedere ab alia virtute; ergo iustitiae Christo Domino de facto debentur repugnat esse dolere de peccato proprio =

Respondetur ad argumentum, distincta Maiori negando Minorem ad cuius probationem negando ergo ad cuius probationem distincta Maiori negando Minorem ad cuius 1.am probationem distinctio antecedentis distinguo dicendo si nunc repugnaret illi in omni statu concedo consequentiam si non repugnaret illi in nostro statu quae ad praesentem difficultatem non admittitur nego consequentiam. quando dicimus quod ex suppositione quod Christus ut homo non esset impeccabilis, satisfaceret pro proprio peccato per virtutem iustitiae quam de facto habet non est intelligendum quod satisfaceret per virtutem iustitiae quam de facto habet supposito nostro statu; convenienti Christo ab initio esse impeccabilis, quia tali virtute iustitiae esse repugnat dolere de peccato proprio quia Christo esse repugnat peccatum proprium: sed quae de facto, secundum ponenda in Christo Domino remota impeccabilitate ab initio ut de facto, remota etiam a Scoto et cuius discipulis a Christo. Stando in hoc statu (ut nunc admittitur) iustitiae de facto conveniente in Christo Domino non repugnare, dicimus, esse dolere de peccato proprio sed Scotus debet de facto ponere in Christo virtutem ad satisfaciendum pro peccato proprio, quaecumque illa sit quae in nostro statu repugnat =

Argumentum convincit intentum si hypotesis de dubio esset, sic intelligenda

quod Christus esset ab intrinseco impeccabilis ut asserit Thomistarum sententia, et ut sic impeccabilis

esset sublatum gratiae et virtutum inter quas esset iustitia, per quam satisfecit

et postea per aliquam suppositionem transiret ad statum peccabilitatis: si sic esset

intelligenda, verum esset quod iustitia per quam de facto satisfecit repugnaret

dolere de peccato proprio et consequenter esset ponenda alia iustitia in Christo Domino ad

satisfaciendum pro peccato proprio sive ut poenitentia; sed suppositio intelligenda

ac si esset vera sententia negans Christo impeccabilitatem ab intrinseco, et consequenter argumentum proce

dere debet de eadem iustitia, quae de facto in Christo sententia negantis Christo Domino impecca

bilitatem ab intrinseco: vel aliter poterat dici quod virtus per quam satisfaceret in

illa hypotesi esset eadem cum iustitia quae de facto est in Christo, quoad rationem

reddendi aequale pro debito sive ut quoad ad rationem debiti pro quo redderet aequale

nunc non deberet esse eadem, quoad rationem dolendi de peccato proprio, et hoc suf

ficit ad intentum negandi poenitentiam in Christo Domino in illa hypotesi.

Ad 2um per

missa Minori distinguo Maiorem: dolere de peccato proprio ex motivo compensandi ae

qualiter, concedo Maiorem; ex quo cumque motivo, nego Maiorem et distinguo Minorem: Christus

liter augustus, concedo Minorem; inaequaliter augustus, nego Minorem; et distinguo consequentiam: ex motivo

compensandi inaequaliter, concedo consequentiam; ex motivo proprio iustitiae perfectae, nego

consequentiam; sed charitati deberet dolere de peccato proprio ex motivo proprio charita

tis poenitentiae, et idem obtinetur per diversas scientias adiungendas sub diver

sa ratione formali.

Arguitur 3o: admissa peccabilitate in Christo Domino illius

satisfactio pro peccato proprio non esset ad aequalitatem, et consequenter ponenda esset in illo virtus poe

nitentiae, consequentia est bona, probatur antecedens: quia ideo, ut vult ex quo capite deberet ponere

quod Christus Dominus ab intrinseco esset peccabilis, deberet ponere, quod eius satisfactio non esset

ab intrinseco infinita: ergo et poneret quod non esset ad aequalitatem: probatur Maior: Nunc supponimus

peccatum, esse simpliciter infinitum in genere moris: probatur antecedens, eo ipso quod dica

tur Christum Dominum esse ab intrinseco peccabilem, debet ponere, eo quod suppositum simpliciter

se habet ut principium ad operandum, sive ut principium quod ad operationem, propter quod di

cunt Scotistae quod natura humana peccante non attribueretur supposito Domini. Cuius contra

rium docent Thomistae quod actiones sunt suppositorum; sed eo quod actiones non sint sup

positorum, sequitur quod Christi Domini satisfactio non sit ab intrinseco infinita: ergo probatur Minor: se

quitur quod non dignificetur infinite a persona, Verbi: ergo sequitur quod non sit ab intrinseco

infinita: Nam satisfactio in tantum dignificatur a persona satisfaciente

in quantum actiones habentes rationem satisfactionis illi tribuuntur et sunt illius: ergo si

admissa peccabilitate in Christo Domino, est dicendum actiones non esse suppositorum, sequitur la

Satisfactionis Xpti D.ni digni ficari infinite a Persona Verbi imo neque aliquomodo dignificari =

Respondeo ad argumentum negando antecedens ad cuius probationem nego antecedens ad cuius probationem dico Maiorem nego Minorem, ad cuius probationem nego antecedens, ad cuius probationem distingo antecedens: in quantum conveniunt illi et sunt illius effective, seu sustentative concedo antecedens: in quantum sunt illius effective proxime nego antecedens; imo concedo minorem sed contrarium non reddit Satisfactionis Xpti D.ni valorem simpliciter infinitum, considerata sub munere actionis a Xpto D.no procedentis, sed quatenus reflectitur supra Personam Divinam subsistentem humanitatis a qua procedunt actiones satisfactoriae et cui uniuntur intrinsece, tanquam substratum formae intrinsece dignificantis et valorantis intrinsece infinite in genere moris Satisfactionis Xpti D.ni ut ex ipsis operationibus Xpti D.ni et Persona Verbi consurgit integrum obsequium oblatum Deo in Satisfactionem; quatenus moralis operationibus humanitatis Deo in obsequium oblatis, sanctificando Deo omnia quae erant in Xpto D.no et quae omnia pertinebant ad obsequium constitutionem = et haec de hoc Dubio

Questio Theologica

In qua inquiritur, Utrum inequalitas visionis Beatifice qua unus Beatus clarius et perfectius videt Deum, quam alter sumatur precise ex quantitate luminis glorie vel an aliquomodo procedat a maiori perfectione naturali intellectus.

Ante nostram resolutionem circa propositam questionem supponendum est 1º Contra Ovinianum et Lutherum, et alios hereticos omnes visiones beatificas non esse simpliciter et omnimode equales respectu omnium beatorum, sed unum beatum ratione excellentioris meriti elevari ad perfectiorem gradum beatitudinis, aut visionis beatifice quod catholice determinatur in Concilio florentino sub Eugenio 4. sessione ultima his verbis, Beati intuentur clare ipsum Deum trinum et unum sicuti est in se, pro meritorum tamen diversitate alius alio perfectius videt.

2º supponendum est omnes visiones beatificas tam hominum quam Angelorum esse equales equalitate aut conformitate specifica essentiali. nam equalitas formalis specifica consistit in convenientia in eadem specie, sed certum est iuxta nostra principia omnes visiones beatificas esse eiusdem speciei propter eandem habitudinem ad idem obiectum formale ac proinde visio beatificans hominem v.g. et Angelum est eiusdem speciei, et ideo circa non est concedenda inequalitas specifica inter duas visiones beatas quamvis per ipsas beatificentur nature specifice distincte; quapropter

223

qua propter inequalitas quae in praesenti supponitur inter visiones Beatificas solummodo debet intelligi de inequalitate graduali intensiva qua verificatur una visione Beatam esse intentione, altera ratione augmenti gradualis seu individualis quamvis utraque sit eiusdem speciei sicut duo calores habentes identitatem aut aequalitatem specificam, dicuntur inaequales in aequalitate perfectionis individualis intensivae quatenus unum subiectum participat formam caloris sub maiori augmento intensivo ratione cuius dicitur magis calidum.

+ lumen

3° Supponendum est quod et si lumen gloriae elevans nativam activitatem intellectus, ad videndum Deum sit tota ratio elevandi ipsum ad supernaturalem efficientiam visionis beatificae, et idcirco tota virtus proxima supernaturaliter videndi Deum, ceterum nullatenus lumen gloriae secundum se, est tota aut integra causa vitaliter et effective efficiens actum visionis beatificae, si enim lumen ut distinctum ab intellectu creato esset simpliciter et absolute tota et integra causa phisica vitaliter efficiens visionis intellectus creatus sua nativa virtute nullatenus concurreret effective vitaliter ad actum visionis sed pure materialiter sustentaret ipsum et idcirco tantummodo diceretur videns Deum denominative sicut substantia aquae recipiens calorem dicitur tantum calefacere, denominative et pure materialiter quia ex se nullam causalitatem effectivam praestat quoad calefactionem sed praecise materialiter sustentat totam et integram causam actionis calefactivae nimirum qualitatem caloris: quod autem intellectus elevatus lumine gloriae effective concurrat ad visionem beatificam conjunctim saltem mediato, aut radicali constat aperte ex Concilio Tridentino sess 6 cap 5 can 4, ubi damnatur assertum Lutheri et aliorum haereticorum, qui erronee affirmant nostras voluntates et intellectus nullatenus concurrere causaliter effective ad actus supernaturales vitales, sed mere passive se habere tanquam quid inanime, aut mortuum nihil omnino agendo aut operando: his igitur suppositis in praesenti inquiritur. Utrum inaequalitas

visionis

visionum beatificarum, qua de facto unus Beatus excedit alterum magis, et perfectius videndo Divinam essentiam, desumatur praecise ab excessu luminis gloriae, vel a maiori actiuitate naturali intellectus. Unde questio alijs terminis clarius potest proponi: inquirendo; An duo intellectus creati inequales perfectione, aut actiuitatis naturalis cuiusmodi sunt v.g. intellectus Angelicus et humanus si eleuentur duobus Luminibus gloriae omnimode equalibus: utrumque propter omnimodam equalitatem luminis gloriae non obstante inequalitate eorum secundum virtutem aut actiuitatem naturalem, necessario producant visionis beatificas omnino equales equalitate graduali intensiua, ita ut in hoc casu nullatenus verificetur intellectum Angelicum ratione maioris perfectionis naturalis producere visionem magis intensam aut perfectam, circa cuius resolutionem Doctores Theologi diuisi sunt in duas sententias extreme oppositas.

Iª. sentª. affirmat equalitatem intensiuam, et inequalitatem cuiuscumque visionis beatificae praecise sumi ab equalitate aut inequalitate luminis gloriae ita, ut quotiescumque eleuantur duo intellectus Luminibus gloriae equalibus perfectione graduali, quamuis se inuicem excedant perfectione aut actiuitate naturali, necessario debeant producere visiones beatificas omnimode equales in perfectione intensiua, quin supposita omnimoda equalitate luminis propter inequalitatem virtutis naturalis possit unus intellectus perfectius, aut clarius videre obiectum beatificum, aut magis penetrare eius intelligibilitatem obiectiuam: Huic sent. adherent communiter nostri Recentiores Thomiste, quibus subscribunt plures Jesuite, et praecipue P. Suarez lib. 2 de attributis negatiuis. cap. 21. Vasques 1 p. Disput. 47. cap. 6. Arrubal Disput. 22. Torres. Fasolus. Arriaga. Becanus etc.

2ª. Sent. ait quod ex suppositione, quod Angelus v.g. et homo eleuentur ad videndum Deum luminibus gloriae omnino equalibus intellectus Angelicus produceret visionem intensiue perfectam, et idcirco gradualiter excedentem visionem illius

eleuatas ab intellectu humano, et ideirco Angelus in hoc casu perfectius videret Deum propter maiorem perfectionem virtutis, aut actiuitatis naturalis, ac proinde equalitas, aut inequalitas visionum non aliunde desumitur ex precisa equalitate luminis eleuantis intellectum creatum; verum etiam ex inequalitate, aut inequalitate virtutis, aut actiuitatis naturalis media qua intellectus vitaliter radicaliter influit in visionem beatificam physice suppositam secundum perfectionem intensiuam gradualem ipsius. Hanc sententiam tuentur communiter omnes Scotistae cum pluribus Jesuitis, et alijs Neotericis; illique apprime suffragatur noster eminentissimus Caietanus 3 p. q. 10. art. 4 ad 2. et Xantes Marales 1 p. controuersia 17. cap. 4. cui aperte fauent aliqua testimonia D. Thom., et ideirco huic sententiae ut magis consonae doctrinae nostri Angelici Praeceptoris suo sub tutore subscribo sequenti assertione.

Unica Conclusio: inequalitas visionis beatificae ratione cuius unus beatus dicitur perfectius, aut intensius videre Deum, quam alter, non sumitur precise ex inequalitate luminis gloriae, unde caeteris paribus si intellectus humanus, et Angelicus eleuarentur duobus luminibus omnimode equalibus, non elicerent visiones beatificas omnino equales, loquendo de equalitate perfectionis gradualis intensiuae, sed intellectus Angelicus ratione maioris acuminis, et actiuitatis naturalis vitaliter produceret visionem magis perfectam, aut magis intensam, ratione cuius diceretur perfectius, aut intensius penetrare obiectum beatificum.

Haec nostra assertio absque dubio notabitur quadam nota singularitatis a nostris recentioribus Thomistis propter eorum unanimem consensum in sententiam contrariam: sed mihi videtur si accuratius perlegissent testimonia Angelici Praeceptoris, quibus nostra assertio nititur, nullatenus iudicarent illam esse aliquomodo dissonam principijs thomisticis, illa enim principia, quae magis consonant litterae, et verbis D. Thom. censeri debent uere thomistica

thomistica, et ideirco praeferenda sunt placito Recentiorum:
Nostra igitur assertio non solum fundatur in doctr. D. Thom. quae ve=
rumetiam roboratur authoritatibus nostri eminentissimi cardinalis
Caietani, qui inter nostrates primatum obtinet. Et probatur 1o tes=
timonio D. Thom. 3 p. q. 10. art. 4 ad 2, ubi docet Angelicus Prae-
ceptor augmentum graduale visionis beatificae non solum attribui
maiori perfectioni Gratiae, aut luminis Gloriae, verumetiam proce-
dere a maiori activitate naturae his verbis: Visio essentiae Divi-
nae excedit naturalem potentiam cuiuslibet creaturae, et ideo gradualis
perfectio ipsius attenditur magis secundum ordinem aut perfectio-
nem Gratiae, in quo Christus est excellentissimus, quam secundum
ordinem naturae, secundum quam natura Angelica praefertur huma=
nae: quibus verbis aperte docet D. Thomas perfectionem intensi-
vam gradualem visionis beatificae, oriri a Gratia Supernaturali,
et etiam a natura licet magis requiratur perfectione Gratiae, quam
activitate, aut perfectione naturae, et ideo concedit Angelicus
Magister in testimonio praefato animam Christi Domini per-
fectius, et clarius videre Divinam essentiam quam Angelus, quia
intellectus Christi quamvis sit inferior intellectu Angelico in infer=
ioritate activitatis naturalis, tamen simpliciter excedit ipsum
participatione Gratiae, aut luminis gloriae, a quo magis sumitur
perfectio visionis Divinae essentiae. Ergo iuxta doctrinam D. Thom.
etsi sumatur perfectio gradualis visionis beatificae a lumine
gloriae, non tamen praecise concurrit perfectio luminis ad eius
augmentum, verumetiam activitas naturalis intellectus; si enim
activitas naturalis intellectus nullatenus concurreret ad
causandam maiorem perfectionem visionis beatae, non verificaretur
absolute comparatio D. Thom. asserentis augmentum, aut per-
fectionem visionis magis reduci ad ordinem Gratiae, quam ad ordi=
nem naturae.

Ad hanc authoritatem communiter respondent Recentiores

Recentiorum Thomistę, qui adversantur nostrę sent.ę asserentes D. Tho-
mam asserentes gradualem perfectionem visionis beatificę magis atten-
di secundum ordinem Gratię, quam secundum ordinem naturę, non sume-
re ly magis comparative, sed adversative, aut negative, et id
circo affirmant Angelicum Preceptorem in Loco prȩallegato non
concedere perfectionem gradualem visionis beatificę aliquomodo re-
gulari a perfectione naturę, sed totaliter procedere a perfec-
tione Gratię, ac si diceret maiorem perfectionem visionis beatę atten-
di simpliciter secundum Gratiam, non secundum ordinem naturę: quam
explicationem existimant conformari aliquibus Locis sacrę scrip-
turę, in quibus ly magis non sumitur comparative, sed adversa-
tive, aut negative, ut patet ex illo psalmo 83: elegi abiectus esse
in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis pecca-
torum. Ubi per ly magis non significatur tabernacula peccatorum
esse aliquomodo electa, sed solummodo denotatur domum Dei
esse electam a David, et nullo modo habitationem peccatorum.

Sed hęc interpretatio videtur omnino violenta, et
nullatenus consona intentioni, aut litterę D. Thomę, quia illud
adverbium magis si sumatur secundum proprium, et nativum significatum,
debet exponi comparative, et non adversative, aut negative, sed
D. Thom. asserens perfectionem gradualem visionis beatificę magis
attendi secundum ordinem Gratię, quam secundum ordinem naturę.
Non utitur adverbio magis secundum significatum improprium, sed
secundum proprium, et nativum, quia quotiescumque in sacra scrip-
tura, vel in alijs locis, et disciplinis exponitur aliqua dictio-
alienando ipsam a propria et nativa significatione, traditur
huiusmodi expositio propter aliquod absurdum, aut inconveniens,
vel dissonantiam, quod sequeretur ex sensu proprio, et nativo eius
modi termini; sed nullum absurdum sequitur si sumatur in prę=
fato testimonio ly magis secundum sensum comparativum, ut infra
constabit ex probatione nostrę assertionis. Ergo voluntarie, et abs-
que ullo fundamento contendunt Adversarij D. Thomam accipere

adverbium

adverbium magis secundum sensum adversativum, aut negativum, et non secundum significatum proprium, aut nativum; secundum quod debet su= mi comparative, et non adversative.

Rursus probatur D. Thomam in testimoniis praeallegato- nullatenus intendere perfectionem gradualem visionis beatificae nulla- tenus procedere a perfectione naturae, sed pressive affirmare Gratiae esse principalius principium, secundum quod debet attendi maior per= fectio ipsius; quod aperte constat, quia verba D. Thom. in praefato- testimonio sunt ita intelligenda, et sincere exponenda, ut eorum intelligentia consonet alijs locis, in quibus S. Doctor perspi= tor pertractat de dependentia beatitudinis, aut visionis beatae a natura beati, sed certum est D. Thomam in alijs locis, quae no= bis infra adducentur, aperte concedere maiorem perfectionem inten= sivam beatitudinis aliquomodo procedere a maiore perfectione non solum Gratiae, verum etiam naturae. Ergo quotiescumque asserit D. Thom. magis attendi perfectionem gradualem secundum ordinem Gratiae, quam secundum ordinem naturae, per illud magis non intelligit exclusivitatem, aut perfectionem naturae nullo pacto concurrere ad maiorem per- fectionem visionis beatae, sed solummodo esse principium minus princi= pale ipsius facta comparatione inter ordinem naturae, et ordi- nem Gratiae.

2° probatur nostra assertio alijs testimonijs D. Thom. in quibus aperte docet Angelicus Praeceptor maiorem perfectionem intensivam, aut gradualem visionis beatae, aut operationis vitalis beatitudinis sumi non solum a lumine supernaturali, verum etiam a maiori perfectione potentiae naturalis. Quod constat 1 ex 1a 2ae q. 4. art. 5, ubi D. Thomas docet maiorem perfectionem operationis beatificae dependere a maio= ri perfectione naturae his verbis: cum operatio dependeat ex natu= ra rei operantis quanto anima perfectior fuerit in sua natu= ra, tanto perfectius habebit suam operationem, in qua ultima feli= citas consistit; sed operatio vitalis animae, in qua nostra felicitas consistit, est visio beatifica Divinae essentiae. Ergo si iuxta verba D. Thomae

thom. si natura quanto fuerit magis perfecta, tanto habebit perfe-
ctiorem operationem beatificam; necesse est, ut concedatur iuxta eius doctri-
nam maiorem perfectionem intensivam visionis beatae, seu operationis su-
pernaturalis beatitudinis aliquomodo sumi a maiori perfectione
naturali intellectus, et non pariter a lumine gloriae. N

3.º probatur ex D. Thom. in 4 distinct. 49. q. 1. art. 4 in respon-
ad 1, qui docet beatitudinem supernaturalem animae glorificatae
acquirere augmentum perfectionis intensivum propter maiorem perfe-
ctionem naturalem non obstante omnimoda aequalitate luminis superna-
turalis his verbis: potest dici, quod beatitudo animae augebitur inten-
sive post resurrectionem, quia quanto aliquod est perfectius in suo
esse naturali, tanto potest perfectius operari; unde operatio ani-
mae coniunctae corporitati erit perfectior, quam operatio animae sepa-
ratae; unde cum beatitudo supernaturalis consistat in operatione,
perfectior erit beatitudo animae post resumptionem corporis, quam antea;
sicut enim anima separata a corpore corruptibili perfectius ope-
rari potest quam ei coniuncta, ita postquam coniuncta fuerit corpori glo-
rioso perfectior erit eius operatio, quam quando erat separata.
Idem docet D. Thom. ad Annibaldum in 4 sent. distinct. 49. quaest. uni-
ca. art. 4, ubi affirmat beatitudinem supernaturalem animarum post
resurrectionem habere maiorem perfectionem intensivam non propter ma-
ius lumen gloriae, sed propter maiorem perfectionem potentiae naturalis.
his verbis. Alio modo potest attendi maior perfectio intensiva
beatitudinis, et sic maior est beatitudo, ubi est perfectior operatio,
in qua beatitudo consistit. Perfectio autem operationis ex duobus
dependit, aut enim ex habitu, et sic non erit maior beatitudo
post resurrectionem, quam ante, quia maior charitas perficiet affe-
ctum, nec maius lumen gloriae illustrabit intellectum; aut ex po-
tentia naturali, et sic erit intensior beatitudo post resurrectionem, quam
antea. Quibus verbis expresse docet D. Thom. perfectionem gradua-
lem intensivam visionis beatae dependere ex maiori perfectione na-
tiva potentiae naturalis, et non pariter procedere a maiori perfectione
Luminis

5

luminis Gloriæ, imo aperte docet Angelicus Præceptor stante æ=
qualitate omnimoda luminis supernaturalis propter præcisam
inæqualitatem activitatis potentiæ naturalis dari de facto maiorem
perfectionem intensivam in visione beata, ut patet ex præfato tes-
timonio, ubi dicitur animam post resurrectionem habere perfectio-
res visionem, quamvis non eleuetur perfectiori lumine propter ma-
iorem perfectionem potentiæ naturalis, quæ ratione coniunctionis cum cor=
pore glorioso perfectiori modo operatur.

Ad hæc testimonia D. Thom. quæ meo videri non solum
fauent nostræ sent. verum etiam illam aperte docent, contendentes
aliqui respondere dicendo D. Thomam asserentem animam Glo=
riosam post resurrectionem perfectius operari operatione beatifica
non esse intelligendum de maiori perfectione graduali, aut inten=
siua visionis aut operationis, in qua consistit beatitudo supernatu=
ralis. Sed solummodo intelligi de maiori connaturalitate ope=
rationis beatificæ, quia sicut anima connaturalius existit, ut
coniuncta corpori, quæ in statu separationis ita connaturalius
operatur, ex quo non sequitur visionem beatificam post resurrectionem
adquirere maiorem perfectionem intensiuam, sed solummodo illam
habere maiorem connaturalitatem, seu ipsam connaturalius elici
a potentia naturali animæ.

Sed hæc solutio nihil valet; [illegible] nulla operatio-
[illegible] dicitur perfectior perfectione intensiua propter præcisam maiorem
connaturalitatem ipsius, ut patet in operatione intellectiua na=
turali animæ rationalis, quæ connaturalius elicitur ab intel=
lectu humano dependenter a sensibus corporeis, quæ [illegible] elli=
ceretur sine ministerio sensuum, ut per se patet, quin ex hoc
sequeretur intellectionem dependentem a sensibus corporeis
esse perfectionem intensiue intellectione animæ separatæ a
corpore, et ministerio sensuum, sed D. Thomas in præfatis
[illegible] absolute affirmat operationem beatificam animarum
post

post resurrectionem esse intensiue perfectiorem visione, qua ipsi petit ante assumptionem corporis, et hanc maiorem perfectionem tenetur reducere ad naturalem actiuitatem pro [illegible]. Ergo D. Thomas in praefatis testimonijs non debet intelligi de maiori connaturalitate visionis beatificae, sed de maiori intensione, aut de maiori perfectione graduali ipsius: minor patet referendo verba expressa ipsius Angelici Praeceptoris, qui in 4. sent. loco supra allegato his verbis docet operationem beatificam animae gloriosae post resurrectionem esse intensiue perfectiorem: Beatitudo animae post eius coniunctionem cum corpore glorioso augebitur intensiue. Et etiam in loco a nobis adducto ad Annibaldum asseruit beatitudinem post resurrectionem non solum esse perfectiorem extensiue, verum etiam intensiue. Ergo D. Thomas in locis praeallegatis non est intelligendus de maiori connaturalitate visionis beatificae post resurrectionem, sed de maiori perfectione graduali aut intensiua, alioquin esset falsa illa propositio doctrinalis Angelici Praeceptoris, qua asseritur beatitudinem supernaturalem animarum post resurrectionem esse intensiue perfectiorem.

R. excluditur eadem solutio, quia, ut constat ex littera D. Thomae locis praecitatis: operatio beatifica animae gloriosae post resurrectionem erit intrinsece perfectior perfectione causata a potentia naturali efficacius operanti post assumptionem corporis gloriosi. Sed ex maiori connaturalitate alicuius operationis non deducitur ullatenus illam esse maioris perfectionis intrinsecae, sed praecise colligitur operationem, et principium elicitiuum ipsam existere modo magis connaturali. Ergo verba D. Thomae asserentis operationem beatificam intensiue perfici, aut augeri in anima gloriosa post eius resurrectionem nullo pacto possunt interpretari de maiori connaturalitate huiusmodi operationis, et idcirco aduersariorum expositio est sinistra, et omnino dissona doctrinae, et verbis D. Thomae. Minor constat de facto in accidentibus Eucharisticis realiter separatis a subiecto substantiali, quae

et si

et si modo magis connaturali existant, et operentur ... quæ ut separata ab ipso, et ... requirit concedi ... naturalis operationis esse intrinsecæ perfectionis in subiecto, ... quis n. audebit asserere contra sensatam experientiam ... tia Eucharistica vini post consecrationem conseruata sine subiecto minus intense, aut imperfectius operari, non n. minus, aut ... fectius calefacit stomachum, accidentia vini actualiter inhærentia substantiæ ipsius ante consecrationem, quæ eadem accidentia mi= raculose conseruata sine subiecto post consecrationem. Ergo nul= latenus est confundenda maior connaturalitas operatio= nis, aut principij operatiui cum maiori perfectione intrinseca, intensiua ipsius, et consequenter D. Thomas asserens animam gloriosam post resurrectionem habere operationem beatificam, in qua consistit beatitudo post resurrectionem habere maiorem conna= turalitatem.

Aliter conantur recentiores thomistæ circumscribere præ= fatum D. Thomæ asserentes D. Thomam non esse intelligendum de operatione, in qua formaliter consistit essentia, aut substantia beatitudinis supernaturalis, cuiusmodi est visio beatifica, sed tantummodo intendere aliquos actus supernaturales, et spectan= tes ad accidentalem perfectionem beatitudinis, aut status ipsius, ni= mirum, gaudium, et quietem beatorum habere maiorem perfectionem in animabus gloriosis post earum reunionem cum corporibus gloriosis.

Sed hæc expositio vel (ut potius loquar) effugium aperte conuincitur verbis D. Thomæ, siquidem expresse asserit Ange= licus Præceptor in posteriori testimonio a nobis allegato es= sentiam beatitudinis supernaturalis intensiue perfectiorem in ani= ma gloriosa post resurrectionem his verbis: operatio illa, in qua beatitudo consistit, erit perfectior, sed operatio beatifica, in qua formaliter consistit beatitudo, est essentia beatitudinis, ut per se patet. Ergo iuxta verba, et mentem D. Thomæ non solum perfecti= ... intensiue in anima gloriosa post eius resurrectionem actus

spectantes

spectantes ad accidentalem perfectionem status beatifici, verum etiam operatio beatifica, in qua nostra beatitudo essentialiter consistit, cuiusmodi est visio beata iuxta nostra principia.

2° refellitur eadem solutio, quia iuxta doctrinam adversariorum, contra quos in praesenti disputamus, ideo stante aequalitate luminis gloriae in Beatis non potest unus propter maiorem perfectionem naturalem perfectius videre Deum aut habere visionem beatificam intensive perfectiorem, quia visio beatifica secundum se est operatio vitalis quoad substantiam supernaturalis, et idcirco eius maior intensio praecise dependet a maiori activitate naturali potentiae creatae, sed non obstante supernaturalitate visionis beatificae potest eius perfectio intensive crescere propter maiorem perfectionem naturalem intellectus creati; ergo adversarii falso nituntur fundamento ad negandum D. Thomam asserere animam gloriosam post resurrectionem habere perfectionem visionis beatificae non obstante aequalitate luminis gloriae.

Minor concedenda est ab ipsis adversariis, qui affirmant exponendo loca praefata D. Thomae animam gloriosam post resurrectionem actum gaudii beatifici perfectiorem, et alios actus consimiles, siquidem asserunt, quod etsi post reunionem animae cum corpore glorioso non perficiatur intensive visio beatifica, aut essentia beatitudinis, tamen ne expresse opponantur doctrinae D. Thomae concedunt absolute gaudium beatificum, et alios actus pertinentes ad perfectionem accidentalem aut complementum status beatifici intensive augeri, aut perfici post resurrectionem corporis: sed gaudium beatificum, et reliqui actus consequenti ad visionem beatificam sunt operationes vitales simpliciter, et quoad substantiam supernaturales. Ergo propter supernaturalitatem visionis beatificae non est negandum illam posse intensive augeri, aut perfici propter maiorem perfectionem potentiae naturalis stante omnimoda aequalitate luminis supernaturalis. Urgetur magis, nam quemadmodum visio beatifica procedit effective a lumine gloriae tanquam a virtute proxima

media qua

... ica intellectus supernaturaliter videt Deum, ita gaudium ... principaliter provenit a charitate, media qua voluntas creata elevatur ad diligendum Deum et ad gaudendum supernaturaliter de eius consequtione, sed quoquis charitas sit virtus, aut ratio adaequata proxima elliciendi gaudium beatificum, aut etiam intensivae perfectionis gradualis gaudii in anima gloriosa post resurrectionem sine maiori perfectione charitatis, quia ut docet D. Thomas loco supra allegato post reunionem animae cum corpore voluntas ipsius non perficietur maiori, aut perfectiori charitate, sed per ... adquiret maiorem efficaciam naturalem. Ergo quoquis visio beatifica ... operatio supernaturalis vitaliter procedens ab intellectu ut elevato lumine gloriae potest intensive augeri et perfici propter maiorem efficaciam naturalem intellectus stante omnimoda aequalitate ex parte luminis supernaturalis.

3.° probatur nostra conclusio ratione deducta ex ... D. Thomae, et ex principiis communiter supponendis ab omnibus theologis: quando causa addequata alicuius operationis constat ex duplici comprincipio, necessario dependet maior perfectio ... gradualis huiusmodi operationis a maiori perfectione cuiuscumque ipsorum, ut patet pluribus exemplis; sed causa addequata visionis beatificae non est praecise lumen gloriae, sed compositum constans ex naturali activitate intellectus, et lumine elevato ipsius, ergo necessarium est, ut maior perfectio gradualis visionis non solum sumatur a maiori perfectione luminis, verumetiam tribuatur maiori activitati potentiae naturalis, et consequenter si stante aequalitate luminis gloriae virtus naturalis intellectus fuerit maior, et perfectior, necessario emanabit visio intensive perfectior perfectione desumpta a maiori activitate naturali intellectus: probatur minor ex dictis; nam ad visionem beatificam de facto effective concurrit non solum lumen elevans intellectum, verumetiam naturalis virtus ipsius; si enim totalis causa visionis beatificae esset lumen, ut distinctum a ... naturali intellectu, non

verificaretur

verificaretur operationem vitalem visionis beatificae procedere effectiue vitaliter ab intellectu, sed solummodo a lumine infuso, quod constat esse aperte falsum, et contra determinationem Concilij Tridentini supra adlligatam, qua catholice determinatur actiones supernaturales effectiue procedere nedum a gratia supernaturali, verum etiam a potentijs naturalibus. Ergo causa integra et addequata visionis est compositum constans ex lumine supernaturali, et virtute naturali potentiae intellectiuae ita, ut immediatae actiuitas naturalis intellectus, ut principium radicale, aut mediatum, et lumen, ut virtus, qua proxima operandi supernaturaliter.

Confirmatur: si vitalitas visionis beatificae non procederet effectiue ab actiuitate naturali intellectus, sed praecise a lumine gloriae et supernaturali, posset absolute lumen gloriae si miraculose conseruaretur, ut realiter separatum ab intellectu, vitaliter elicere visionem beatam et ideirco posset videre Deum; sed impossibile est lumen gloriae extra intellectum creatum posse vitaliter producere visionem beatificam. Ergo de facto visio beata dependet vitaliter effectiue nedum a lumine supernaturali, verum etiam a potentia naturali, et ideirco eius maior perfectio non solum debet procedere a maiori actiuitate naturali intellectus, verum etiam a maiori perfectione luminis: cum certum sit perfectionem cuiusvis operationis dependentis a duplici principio esse mensurandam iuxta maiorem perfectionem vtriusque.

Ad hanc rationem, cui principaliter innititur nostra Conclusio respondetur ex doctr. aduersariorum, concedendo potentiam naturalem intellectus concurrere vitaliter effectiue concursu mediato, aut radicali ad elicientiam visionis beatificae, ex quo iuxta illorum iudicium non deducitur maiorem perfectionem visionis supernaturalis sumi a maiori actiuitate naturali intellectus, quia maior perfectio graduali operationis solummodo sumitur a maiori perfectione illius principij causatiui, quod formaliter, et proxime concurrit ad eius productionem, at vero actiuitas naturalis intellectus non influat in visionem beatificam aeque cum lumine gloriae, sed remote et quasi radicaliter, et materialiter, hinc sequitur totam perfectionem intensiuam ipsius tantummodo oriri a maiori perfectione luminis, quod, ut ipsum distinguitur ab intellectu est tota virtus actiua proxime causatiua

visionis

visionis beatificæ.

Sed hæc solutio insufficiens est 1.° quia perfectio gradualis individualis operationis non solum sumitur a maiori perfectione principij proxime effectiui ipsius, verum etiam a maiori actiuitate principij mediati, aut radicalis. Ergo concursu mediato, aut radicali influxo potentiæ naturalis in visionem beatam, necesse est, ut concedatur eius maiorem perfectionem gradualem dependere non solum a maiore perfectione luminis, verum etiam a maiori perfectione aut actiuitate naturali intellectus. Patet antecedens: nam proportionabiliter discurrendo sicut potentia naturalis intellectus efficit visionem beatam medio lumine gloriæ concurrente intellectu concursu mediato, et radicali, et lumine concursu proximo, et immediato, ita causa principalis concurrit ad effectum, quem causat medio instrumento ita, ut absolute verificetur causam principalem eleuantem aliquod instrumentum phisicum ad productionem sui effectus, illum producere immediate, aut proxime, sed tantum mediate et radicaliter. Sed quamvis operatio procedens a causa principali mediante causa instrumentali non procedat ab ipsa immediate, aut proxime, sed mediate, non hinc deducitur maiorem perfectionem operationis, aut effectus praecise sumi a maiori perfectione instrumenti, sed multoties contingit, quod causa principalis perfectior cum instrumento æqualis perfectionis perfectius operetur, ut patet ex pe[...]mento æqualis perfectionis [...] qualitate, aut dispositione peniti[...] eminentior, aut peritior [...] et perfectius dep[...]git, quam alter inferioris perfectionis. Ergo falsum est gradualem perfectionem operationis solummodo esse sumendam a quantitate perfectionis comprincipij proximi, et nullatenus reduci ad maiorem perfectionem principij mediati, et radicalis, cuiusmodi est intellectus respectu visionis beatificæ.

2.° reiicitur, nam ut communiter affirmant nostri Thomistæ contra plures recentiores potentia naturalis, ut illustrata lumine gloriæ non concurrit, ut causa instrumentalis ad effi-

cientiam

cientiæ visionis beatificæ, sed ut causa principalis, sed perfectio gradualis cuiusvis operationis nedum sumitur a maiori perfectione virtutis proximæ, qua causa principalis determinatur ad operandum, verum etiam a maiori perfectione ipsius principij operantis per talem virtutem, ut patet in anima rationali, quæ etsi constituatur proxime intellectiva per intellectum, tamen perfectius, et intensius intelligit obiectum intelligibile, quando praestat totum intellectui totum suum radicalem influxum ad intelligendum, ut contingit in animabus totaliter alienatis ab usu, et exercitio sensuum, nam ideo anima extatica per raptum ab operationibus sensitivis, vehementius intelligit in hoc statu, quam ante extasim, quia eius radicalis influxus erga operationem intellectivam est fortior, et vehementior, cum propter eius separationem a sensibus sit omnino diversus, et idcirco fortior. Ergo quamvis lumen gloriæ sit virtus proxima, qua intellectus principaliter causat visionem beatificam, ex eo, non bene sequitur gradualem perfectionem visionis beatæ præcise sumi a quantitate luminis, et non mensurari a maiori activitate intellectus, et idcirco in quocumque ordine maior perfectio gradualis cuiusvis operationis non solum dependet causative a maiori activitate virtutis, qua proxime operantis, verum etiam a perfectione principij quod radicaliter influentis in huiusmodi operationem.

Rursus retinetur eadem solutio; sicut tota ratio proxima eliciendi visionem supernaturalem est lumen gloriæ elevans intellectum creatum supra sphæram suæ naturalis activitatis, ita tota virtus proxima, qua causa instrumentalis constituitur proxime causativa effectus artificialis est virtus aut motio virtuosa, qua elevatur instrumentum ab artifice ad operandum artificiose, sed causa principalis artificialiter melius, et perfectius operatur artificialiter cum meliori aut perfectiori instrumento, quam utendo instrumento minoris perfectionis, etsi utrumque se habeat æqualiter in perfectione et activitate, ut patet in sculptore, qui assumens

meliorem

meliore aut perfectiorem calamum ad scribendum melius, et perfectius scribit, quamvis equali virtute moveat utrumque calamum. Ergo quamvis sito virtus proxima constituens intellectum creatum proxime elicitivum visionis beatae sit lumen gloriae, non hinc deducitur intellectum excellentius aut maioris activitatis non elicere visionem maioris perfectionis gradualis, quamvis equali lumine illustretur, aut elevetur, sicquidem quemadmodum virtus agentis primarii communicata instrumento, et constituens ipsum proxime effectivum sui effectus, non tollit, nec supprimit activitatem ipsius, aut naturae instrumenti, sed potius perficit et elevat, ita lumen elevativum intellectus ad supernaturaliter operandum nullatenus destruit, aut supprimit eius naturalem efficaciam, sed potius perficit ad influendum in actionis vitales supernaturales iuxta mensuram suae activitatis naturalis.

4° probatur nostra conclusio: lumen elevans intellectum creatum ad visionem beatificam non supprimit nec destruit eius naturalem activitatem ad intelligendum sed potius perficit proportionando illi obiectum beatificum, cum gratia non destruat naturam, nec eius est contra impediat, sed intellectus angelicus secundum se est perfectior et efficatior ad cognoscendum quodcumque obiectum intelligibile intellectu humano, et magis penetrativus cuiusvis obiecti contenti sub communi ratione sui obiecti specificativi; ergo quamvis equali lumine gloriae illustrentur intellectus angelicus, et humanus, non hinc deducitur illos videre obiectum beatificum visionibus equalis perfectionis intensive, sed angelus ratione maioris activitatis naturalis debet videre perfectius, et intensius.

5° confirmatur ideo iuxta authores contrarios non sumitur aliquomodo maior perfectio gradualis visionis beatificae a maiori perfectione naturali intellectus, sed precise commensuratur perfectioni luminis, quia visio beatifica quoad speciem et perfectionem gradualem est dens simpliciter et adequate supernaturalis et ideo nullatenus dependet eius maior perfectio a maiori perfectione activitatis naturalis, sed adequate commensuratur perfectioni luminis supernaturalis, sed ex supernaturalitate visionis beatificae nullatenus infertur eius gradualem perfectionem non sumi aliquomodo a maiori perfectione potentiae naturalis

naturalis. ergo ruit fundamentum cui innituntur adversarij ad
asserendum maiorem perfectionem intensivam visionis beatificae praecise
reduci in perfectionem luminis supernaturalis. probatur 1°. minor nam
quemadmodum gradualis perfectio visionis beatae est quid super-
naturale ita vitalitas ipsius est supernaturalis entitative nimirum
identificata actui quoad substantiam supernaturali, sed nemo du-
bitat vitalitatem visionis beatificae dependere a vita naturali
substantiae intellectivae alioquin solum medialiter sustentaret potentia vi-
talis naturalis motum actualem vitae supernaturalis, et neutiquam illam
effective elliceret: ergo quamvis visio beatifica quo ad gradualem
perfectionem sit operatio omnino supernaturalis non hinc deducitur,
eius maiorem perfectionem intensivam non dependere a maiori acti-
vitate potentiae naturalis.

2° probatur eadem minor quia etsi perfectio speci-
fica visionis beatae propter suam supernaturalitatem nullatenus
sumatur a maiori perfectione naturae beatificabilis, sed praecise suma-
tur ab unitate specifica luminis gloriae et obiecti beatifici, et id
circo visiones angeli et hominis sint aequales aequalitate perfectio-
nis specificae caeterum non repugnat ullatenus perfectionem gradualem in-
tensivam qua visio angeli v.g. dicitur intensive perfectior visione
beatifica hominis sumi a maiori activitate naturali intellectus
angelici: ergo propter supernaturalitatem visionis beatae non est ulla-
tenus negandum eius perfectionem gradualem dependere a maiori
perfectione naturali intellectus. probatur minor. perfectio gradualis intensiva
visionis supernaturalis non attinet ad rem essentialem specificam ipsius, sed
praecise ad differentiam individualem qua una visio per rem individualiter dis-
tinguitur ab altera, sed differentia per rem individualis cuiusvis actionis
+ quantumvis supernaturalis sumitur a subiecto et a gressionis
cuiusmodi est potentia naturalis intellectus respectu visionis beatae et reliqua-
rum operationum supernaturalium ergo gradualis perfectio visionis be-
atae non sumitur praecise a lumine gloriae sed aliquomodo dependet
ab activitate naturali intellectus. minor constat nam certa communem doc-
trinam nostrorum Thomistarum distinctio individualis cuiusvis accidentis
non solum naturalis verum etiam supernaturalis sumitur ab adiectione subiecti
in quo recipitur et unitas ab unitate eiusdem subiecti, sed subiectum
receptivum, et vitaliter radicaliter ellicitivum visionis supernaturalis
est potentia activa naturalis intellectus. ergo perfectio gradualis individualis
visionis beatae non sumitur praecise a lumine gloriae verum etiam debet
reduci ad maiorem perfectionem naturalem potentiae elevatae in quo visio
recipitur

recepitr immanentr egreditr mediante elevationi luminijs gloriæ.

4.º Pbr nra siº qª etsi lume gloriæ, sit tota raão elevandi intellm ad elliciendu actuale visione veatã tu determinat perfectione intellm ad perfectione visione. gº intellm angelicu et humanu elevente equali lumine. angelicu roe maioris activitatis naalis elliciet visione veatificã intensive perfectione. pbr añs. nan quemadmodu lume gloriæ ê tota et integra ratio deterandi activitate nativa intellm ad elliciendã visionis veatã, ita species intelligibilis secundu se ê tota raão obiectiva representandi obiectu intelligibile, seu prestandi intellui manifestatione representativa talis l, talis obiecti, sed hoc ñ obstante speciei intelligibilis secundu se equalis virtutis ad representandu sivn intelligibilr vnitãr intellui maioris activitatis ad intelligendu necessu ê ut in hoc casu determinet perfectione et acutiore intellm ad clariore et intensiore cognõe. nã si Deus infunderet intellui angelico, et humano eade indivisibile specie sive naalitr sive supnaalitr cæteris paribus per huius mi specie detraheretr intellms angelicus ad perfectione, et clariore cognõe que maior perfectio ñ proveniret ex inequalitate speciei, sed ex exessu luminis intellectualis detrahibilis a specie ut perse patet. gº quamvis tota et integra ratio aut virtus proxima elevandi aut detrãndi põa naale intellm ad visione veatã sit lume supernaturale ñ hinc inferetr stante equalitate entitativa luminis intellm maioris activitatis naalis ñ elevari ad visione intensive perfectiore. Confirmatr nã quemadmodu lume supernaale elevans intellum ad videndu Deu ê tota raão illuminandi ipsiu circa obiectu veatificu ita lume solare receptu in corpore diaphano ê tota raão formalis illuminandi ipsu, sed eade quantitas lucis afficiens corpus magis diaphanu, ñ obstante eius equalitte entitativa magis illuminatr corpus magis diaphanu, qua aliud minus perspicuu: gº ñ obstante equalitte luminis supernaalis illuminantis intellm creatu circa obtu veatificu necessu ê ut quanto magis intellectiva aut acuta fuerit põa naalis intellms tanto magis elevabit ipsiu ad perfectione, et clariore visione talis obiecti. coã patet eatenus eade lux afficiens corpus magis diaphanu, magis illuminat quia diaphaneitas ê dispositio constitiens corpus absolute receptibile lucis et id clario magis diaphanu

e magis dispositus ut possit magis illuminari sed quemadmodum corpus ratione naturalis et intrinsecae diafaneitatis, aut perspicuitatis constituitur illuminabilis luce solari, ita intellectus creatus ratione naturalis potentiae qua absolute potest esse intelligibile in omnium ordinum constituitur illuminabilis lumine supernaturali quo elevatur ad visionem beatam ergo sicut corpus magis perspicuum magis illuminatur ab eadem luce ratione maioris perspicuitatis ita intellectus magis visivus aut intellectivus secundum se perfectius illuminabitur a lumine supernaturali et id circo elevabitur ab ipso ad clariorem et perfectiorem visionem obiecti beatifici.

2.o Confirmatur nam quemadmodum lumen gloriae est tota et integra ratio elevandi intellectum creatum ad supernaturaliter videndum Deum, ita lumen supernaturale fidei est tota ratio, aut virtus proxima credendi supernaturaliter sed quamvis intellectus angelicus et humanus illuminentur aequali lumine fidei, supernaturalis assensus vitaliter ellicitus ab intellectu angelico nanco habet perfectionem saltem accidentalem supernaturalem ortam a maiori perfectione naturali intellectus angelici et nullatenus ab inaequalitate luminis fidei, quod supponitur esse aequale: ergo et sicut assensus supernaturalis fidei procedens ab intellectu angelico habet perfectionem supernaturalem non fusive ortam ex maiori perfectione luminis supernaturalis fidei, sed causatam aliquomodo a maiori perfectione naturali intellectus angelici ita similiter stante omnimoda aequalitate luminis gloriae in intellectu angelico et humano poterit intellectus angelicus ratione maioris activitatis naturalis ellicere visionem gradualiter intensive perfectiorem. minor constat nam angelus fide supernaturali ellevatur ad credendum mysteriis supernaturaliter credibilibus per actum aut assensum omnino simplicem cum intellectus angelicus nec naturaliter, nec supernaturaliter iuxta nostram doctrinam intelligat componendo aut dividendo, et vice versa contingit in homine, qui propter imperfectionem luminis naturalis intellectus etiam credit veritatibus supernaturalibus componendo, et dividendo iuxta exigentiam suae naturae sed certum est assensum simplicem esse perfectiorem saltem perfectione accidentali phisica actu composito: ergo intellectus angelicus elevatus lumine supernaturali fidei ellicit actum maioris perfectionis supernaturalis quae praecise non sumitur a maiori perfectione habitus supernaturalis sed reducitur ad maiorem perfectionem naturalem intellectus angelici.

nec

Nec valet judicas cu adversarÿs maioru perfectione actus fidei ellicitu ab intllu angelico illustratu lumine supernaturali fidei nullatenus attribui maiori perfectioni naali intllus angelici, sed provenire adequate alumine fidei supernaalis et a speciebus intelligibilibus qbus angelus intelligit ideo enim intllus angelicus n intelligit veritates supernaales dividendo aut componendo sed unico actu, quia n utitur pluribus speciebus, sicut intllus humanus.

Non inquam satisfacit hec solutio quia ideo angelus n indiget pluribus speciebus intelligibilibus ad cognoscendu per fide propositiones credibiles, quia ex naa sua eius intllus het maiore plenitudine luminis intellectualis etenim angeli superioris perfectionis naturalis propter superiore gradu luminis intellectualis debent paucioes species intelligibiles ad intelligendu ut constat ex communi doctrina D. Thoe. gº si maior perfectio actus fidei supernaalis qua reperitur in angelo attribuitur simplicitati aut paucitati specierus intelligibilis necesse est ut etia sumatur radicaliter amaiori perfectione naturali luminis intllualis. non intellectus humanus n propter defectu luminis supernaturalis fidei indiget pluribus speciebus ad intelligendu veritates fide supernaali credendas sed ppter defectu naale luminis intllualis nec angelus unica specie determinatur ad credendu supernaaliter propter maiore perfectu luminis supernaalis fidei sed propter naturale perfectione et plenitudine luminis intellectualis gº si maior perfectio actus fidei supernaturalis in angelo oritur a simplicitate speciei intelligibilis et n precise amaiori perfectione intrinseca luminis supernaturalis fidei oportet ut credatur illa ee commensuranda maiori perfectione naturali intellectus angelici quia eatenus potest elevari per fide ad credendu supernaturaliter unico et simplici actu quia ratione perfectionis naturalis qua excedit intllu humanu n indiget detrahi ad cognoscendu aliqua pp.m obiectiva pluribus speciebus

et id circo non intelligit componendo et dividendo sicut intellus humanus sed unico et simplici actu.

Ultimo probatur nostra secunda quaestio: si ponantur duo homines illustrati habitibus supernaturalibus fidei equalis perfectionis intrinsece ille qui excederet maiori acumine naturali intellectus elliceret actus supernaturales fidei maioris perfectionis gradualis. ergo maior ~~imperfectio~~ perfectio intensiva actus supernaturalis non solum sumitur a perfectione habitus supernaturalis verumetiam ceteris paribus reducitur ad maiorem perfectionem aut activitatem naturalem potentiae elevatae ad huiusmodi actionem. probatur antecedens ille actus fidei dicitur perfectior intensive et gradualiter qui firmius et immobilius credit veritatibus supernaturaliter revelatis, sed firmius et immobilius assentitur mysteriis credibilibus qui est perspicatioris et acutioris intellus ergo ceteris paribus ellicit actus supernaturales fidei maioris perfectionis gradualis intensivi, minor constat ille dicitur firmius assentire alicui veritati qui ita illi adheret ut non facilitur possit dimoveri ab eius assensu quantumvis obiciantur motiva aliqualiter inducentia ad illius dicensum, sed homo perfectionis intellectus aut perspicationis luminis naturalis intellectualis firmius adheret veritatibus supernaturaliter creditis quam ille qui habet intellus naturaliter tardus obscurus et minus elevatus supra sensibilia cum difficultius possit dimovere ab assensu veritatis credibilis ut experientia videtur constare: ergo firmius et immobilius adheret veritatibus revelatis cui habet intellectus maioris perspicatiae et claritatis naturalis, namque rore naturalis promptitudinis, et activitatis ad intelligendum quodcunque obiectum intelligibile minus potest decipi obiectionibus aut fallaciis hereticorum, et id circo habet assensum subiective formiorem aut minus subiicibilem dubitationi circa credibilia supernaturalia. explicantur magis hactenus dicta quia magis dependet perfectio saltim intensiva actus supernaturalis ab activitate naturali potentiae naturalis a qua vitaliter ellicitur quam perfecta denominatio formae receptibilis a conditione naturali subiecti receptivi ipsius ~~formae~~ cum ad formam receptibilem solummodo concurrat subiectum pure receptivum ut causa

ma

materialis et pōa nāalis vitalis concurrat cum habitu super nāli, ac actus vitalē supernaalē n̄ solū passive recipiendo ipsū verumetiā efficiendo concursu activo saltim mediato aut radicali, sed eadē frā perfectius denominat subtū receptivū magis dispositū quam aliud minus aptum ut patet pluribus instantiis, et precipue instantiā supra adducta de luce quę perfectius illuminat corpus magis diaphanum. constat enim iuxta commune adagium omne receptū recipi ad modū recipientis. g° potiori iure maior perfectio intensiva actus supernaturalis aliquomodo sumitr amaiori capacitate activa nāali pōę nāalis. et id circo cęteris paribus n̄ reduci debet pręcise in maiorę perfectionę luminis supernaturalis; sed in lumę aut habitū supernāalę ut exercite elevantę pōę maioris perfectionis naalis. nam quemadmodū frā pure receptibilis recipitur in subiecto receptivo ad modū recipientis et modificatur ab eius dispositione receptiva, ita frā active elevans nāalę activitatę subiecti aut principii activi quo ad influxū activū modificatr ab influxu radicali aut mediatę potentię naturalis activę perfectius operando cum perfectione pōa naturali.

Proponuntr et solvuntr adversariorū precipua argumenta

Arg° 1° persuadent, maiorę perfectionę intensivā visionis beatificę nullatenus attribui maiori activitati naturali intellectus creati sed precise reduci ad maiorę perfectionę intrinsecā luminis supernaturalis. nam D. Thos. 1. p. q. 12 art. 6. docet absolute intellectū plus participantę de lumine, perfectius Deus videre his verbis: facultas autę videndi Deus n̄ competit intellui creato secundū suā nāā; sed per lumę glorię, unde intllus plus participans delumine glorię, perfectius Deus videbit quibus verbis aperte ostendit angelicus intellectus creatus activitatę naturali n̄ habere facultatę ad videndū Deus, sed lumine glorię et id circo visionę beatā quo

quo ad perfectionē intensivā quantificari iuxta quantitatē aut perfectionē luminis gloriæ et n̄ iuxta maiorē perfectionē n̄aalē intellectus.

Confirmatur 1° ex eodē angelico preceptore loco nuper allegato solutione ad tertiū ubi docet aliquos homines ēē equales angelis in perfectione beatitudinis. quia excessus perfectionis naturalis, quo angeli excedunt homines n̄ facit illos perfectius aut clarius videre Deū quando homines participant propter equalitatē luminis visionē equalis aut maioris perfectionis his verbis: dicendū quod diversitas videndi Deū n̄ erit ex pᵗᵉ obiecti, quod idē omnibus representabit nimirū angelis beatis et hominibus, sed erit per diversā facultatē intellectus n̄ quidē naturalē, sed gloriosā; quibus verbis videtur D. Thomas negare diversitatē perfectionis visionis beatæ ēē aliquo modo reducendā ad diversitatē perfectionis n̄aalis potentiæ sed precise ēē sumendā a potentia gloriosa, quæ consistit in lumine gloriæ = idē repetit D. Thomas in solutione ad 7 ubi profert hec verba: in tantū intellectus creatus perfectius aut minus perfecte videt aut cognoscit in quanto maiori vel minori lumine gloriæ perfunditur in quo loco reducit maiorē aut minorē perfectionē gradualē visionis ad maiorē aut minorē mensurā luminis supernaturalis nullatenus attendendo ad maiorē aut minorē activitatē naalē intellectus creati.

Confirmatur 2: nam excessus perfectionis naalis specificæ qua intellectus angelicus excedit specifice intellectū humanū, n̄ facit visionē beatificā angeli excedere in perfectione specifica visionē beatā ellicitā ab intellectu humano n̄ alia ratione nisi quia lumē supernaale elevans utrunque intellectū ē simpliciter eiusdē perfectionis specificæ ut sit modo suponitur iuxta n̄ram priā omnia lumina gloriæ collata beatis sunt equalia equalitate essentiali specifica: ergo n̄ intellectus angelicus et humanus elevarentur duobus luminibus gloriæ equalis perfectionis gradualis aut intensivæ n̄ario ellicerent visiones equales in perfectione graduali, ant. constat et cōa probatur

ideo

ideo stante equalitate specifica luminis gloriæ n͞ procedunt a potentijs intellectivis specifice distinctis visiones beatificæ specifice inequales quia intellus creatus n͞ produciat visionem beatificam secundum speciem ratione naturalis perfectionis specifice sed ratione luminis gloriosi conservantis in omnibus beatis quantumvis specifice distinctis secundum naturalem unitatem aut equalitatem specificam sed n͞ solum perfectio specifica visionis beatæ producitur ab intellu creato ratione luminis gloriæ verum etiam perfectio intensiva gradualis, cum huiusmodi perfectio sit intrinsece supernaturalis sicut perfectio specifica, et idcirco in effectibilis apud naturali ratione naturalis activitatis: ergo sicut in duobus beatis stante omnimoda equalitate specifica luminis, n͞ pot reperiri visiones beatificæ specifice inequales propter præviam inequalitatem specificam potentiarum naturalium ita similiter posita equalitate perfectionis intensivæ aut gradualis ex parte luminis quamvis in potentijs naturalibus detur inequalitas activitatis naturalis n͞ hinc infertur ratione inequalitatis naturalis visiones esse specifice inequales secundum perfectionem intensivam aut gradualem.

Ad has obiectiones innixas testimonijs D. Thomæ respondetur suo ordine, unde ad priorem authoritatem respondetur, quod angelicus preceptor quando asserit facultatem videndi Deum convenire intellu creato n͞ secundum suam naturam, sed per lumen gloriæ et idcirco intellectum plus participantem de lumine gloriæ plus Deum videre nullatenus per hec verba intendit penes præviam perfectionem, aut quantitatis luminis elevantis intellum esse metiendam quantitatem aut perfectionem intensivam visionis beatæ hec enim intelligentia aperte adversatur alijs testimonijs D. Thomæ a nobis supra allegatis in probatione nostræ assertionis, quibus expresse affirmatur stante equalitate entitativa luminis gloriæ crescere perfectionem intensivam visionis beatæ propter maiorem eficaciam naturalem intellus creati, qua propter D. Thomas prefato testimonio solummodo intendit rationem dut virtutem proxima elevativa intellus creati ad videndum Deum n͞ esse activitatem naturalem ipsius, sed lumen gloriæ quo proxime et formaliter

proportionatur

proportionatæ obiecto beatifico ex quo tantummodo deducitur, quod cæteris paribus intellectus creatus, plus participans de lumine supernaturali plus poterit videre Deum quod solum verificatur quando lumen gloriæ alicuius intellectus equalis activitatis naturalis inter quos intellectus elevatus maiori lumine, aut plus participans de perfectione luminis supernaturalis ratione elicietur visionem intensive perfectiorem propter excessum luminis nam quotiescunque concurrunt duo comprincipia ad aliquam operationem ex maiori perfectione unius vel alterius crescit perfectio operationis unde stante omnimoda equalitate activitatis naturalis ex parte intellectus creati elebabilis necessum est ut intellectus plus participans de lumine gloriæ eliciat perfectiorem visionem commensuratam maiori perfectione luminis.

Ad 2um obiectum

Respondetur quod D. Thomas quotiescunque afirmat: diversitatem videndi Deum non esse sumendam a diversitate facultatis naturalis intellectus creati, sed a diversa facultate gloriosa debet intelligi, ut nuper ostendimus nimirum asserendo: facultatem naturalem intellectus, ut præcisam aut separatam a lumine gloriæ nullatenus causare nec proxime nec radicaliter diversitatem gradualem inter visiones beatificas, quod libenter conceditur a nobis qui nullatenus contendimus intellectum creatum sua sola activitate naturali posse vitaliter elicere visionem beatam, sed solummodo afirmamus activitatem naturalem intellectus ut subiectam elevationi supernaturali luminis gloriæ prestare aliquo modo visioni beatificæ maiorem perfectionem intensiva quatenus intellectus creatus ratione activitatis naturalis. est secundum se visiva aut intellectiva obiecti intelligibilis in communi et ideirco intellectus maioris activitatis, dicit perspicaciæ naturalis cæteris paribus elevatur intellective ad maiorem, aut ad perfectiorem intellectionem supernaturalem sicut proportionabiliter loquendo ut diximus supra instrumentum artificiale maioris activitatis ratione aut propriæ elevatur eadem motione virtuosa artificis ad perfectius operandum artificialiter unde sicut

vexi

verificatur perfectione actionis artificiosae non provenire precise a nativa activitate instrumenti sed ab ipso ut elevato motione virtuosa artificij ita similiter secundum verba D. Thomae supra allegata verificatur a contrarijs dispar perfectionis intensivae non provenire causative a diversitate activitatis naturalis potentiae intellectivae secundum se seu precisive sumptae sed a facultate naturali ut gloriosa id est ab ipsa ut actualiter elevata lumine gloriae = ad ultimum testimonium D. Thomae R.r ex doctrina hactenus tradita sincere exponenda verba D. Thomae qui quotiescumque docet intellectum participantem maius lumen perfectius Deum videre loquitur tantummodo caeteris paribus, nimirum quando elevantur ad videndum Deum, duo intellectus aequalis activitatis naturalis ad intelligendum. Vel dicatur D. Thomam in omnibus praefatis testimonijs tantummodo intendere perfectionem intensivam, qua dicitur unus beatus perfectius videre principalius sumi a maiore perfectione luminis supernaturalis, quam a maiori activitate naturali intellectus, quae expositio consonat primo testimonio a nobis adducto supra in probatione nostrae assertionis ubi aperte docet D. Thomas maiorem perfectionem visionis beatae principalius reduci ad maiorem perfectionem luminis gloriosi quam ad maiorem activitatem naturalem potentiae elevatae.

2.° potest responderi aliter exponendo verba D. Thomae asserentis intellectum maiori lumine elebatum ellicere maiorem, aut perfectiorem visionem beatam nimirum dicendo: angelicum praeceptorem esse intelligendum absolute non de maioritate entitativa luminis elevantis intellectum creatum, sed de maioritate exercita in ratione principij exercite influentis in visionem beatam, nam licet duo lumina gloriae elevantia duos intellectus inaequales in activitate naturali, sint absolute eiusdem gradus aut perfectionis entitativae caeterum in hoc casu lumen elevans intellectum magis intellectivum aut maioris virtutis naturalis ad intelligendum obiectum intelligibile secundum se magis illuminaret intellective

intellective propter maiorem capacitatem naturalem intellectus elevabilis quam aliud lumen communicatum intellectui minoris virtutis aut activitatis naturalis et idcirco potest verificari huius modi lumen plus illuminare intellectum propter maiorem aut perfectiorem dispositionem subiecti illuminabilis, et non propter maiorem quantitatem entitativam luminis elevantis sicut ut supra edocuimus eadem lux corporea non obstante eius equalitate entitativa intrinseca magis illuminat unum corpus magis diaphanum, quam aliud minus perspicuum que doctrina potest magis illustrari aliis pluribus instantiis, quibus experimur formas ab extrinseco communicatas magis aut minus participari quo ad exercitam denominationem propter maiorem aut minorem dispositionem aut capacitatem naturalem subiecti receptivi pro quo recolenda sunt que supra diximus in probatione nostrae conclusionis.

Rursus pot explicari pp^o D. Thome asserentis intellectum creatum maiori lumine illustratum perfectius Deum videre dicendo Sanctum Doctorem locutum fuisse non de maioritate entitativa intensiva luminis glorie sed de maioritate extensiva ipsius nam si intellectui angelico et humano vg communicarentur duo lumina glorie equalia secundum perfectionem gradualem entitativam aut intensivam: ceterum lumen elevans intellectum angelicum in hoc casu esset maius extensive quia esset ratio elevandi et supernaturalisandi intellectum habentem ex se plures gradus actualitatis intellective, seu elebabiles ad intelligendum supernaturaliter et idcirco verificatur absolute non obstante equalitate intensiva aut entitativa luminis illustrantis intellectum angelicum illud esse de facto ~~maior~~ maius perfectione extensiva quatenus perficit intellectum maioris activitatis aut extensionis ad absolute intelligendum quodvis obiectum intelligibile, ibi proportionabile.

Ad V^{m} obiectionem R^r ng^do ... ad cuius probationem R^r omnes beatificas omnium beatorum non obstante eorum distinctione specifica secundum naturalia esse equales equalitate essentiali specifica non præcise, quia intellectus illas producit quoad speciem ratione luminis supernaturalis sed quia distinctio specifica aut

15.

49

aut in equalitas actuum tam naturalium quam supernaturalium in quo-
cunque ordine sumitur ab obiecto formali aut immediato ex
igitur omnes visiones beatificę tam hominum quam angelorum res-
piciant uniformiter idem obiectum formale tam terminativum
quam motivum. nimirum Deum ut est se clare visibile et pro-
cedat ab eadem specie intelligibili ut potę ab essentia divina in-
telligibiliter movente et determinante ad omnes et singulas visio-
nes beatas hinc sequitur nullatenus dari distinctionem aut inę-
qualitatem specificam inter visiones vitaliter ellicitas ab intellec-
tibus inęqualibus secundum speciem naturalem ex quo patet disparitas
nam perfectio gradualis intensiva qua una visio beatifica excedit al-
teram non spectat formaliter ad constitutionem essentialem specificam actus bea-
tifici sed reducitur adeo individuale aut numericum ipsius. et consequen-
ter aliquomodo dependere a dispositione activa naturali intellectus cre-
ati physice vitaliter influentis in ipsum mediante lumine supernaturali
cum ut supra ostendimus individuatio entis accidentalis supernaturalis
non obstante eius supernaturalitate sumatur ab unitate subiecti receptivi
et non ab obiecto ut contingit in actionibus supernaturalibus ad quorum
identitatem aut distinctionem specificam materialiter et per accidens concu-
rrit identitas vel distinctio subiecti.

2° pot respondere quamcunque
operationem quo ad rationem essentialem specificam non dependere formaliter
a principio mediato aut radicali sed precise a principio quo formali
proximo cum igitur supponatur in presenti omnes visiones beatificas
vitaliter productas ab angelis et hominibus procedere proxime
ab habitu luminis gloriosi eiusdem speciei hinc deducitur omnes
visiones esse equales equalitate convenientię specificę non autem equa-
litate perfectionis intensivę aut gradualis, cum hec non sumatur
precise a principio quo formali proximo verumetiam a principio
quod radicali aut mediato. ut patet instantiis supra adductis
in probatione nostrę assertionis. quia propter anima rationalis non
obstante eius unitate specifica substantiali producit radicaliter actus
vitales specifice distinctos quatenus determinatur potentiis proximis
operativis specie distinctis et etiam influit radicaliter in plures actus
equales, equalitate specifica quando operatur media potentia operati-
va eiusdem speciei ut contingit in operationibus quę producuntur

vitaliter

vitalis ab anima rationali medio influxu proximo potentię intellectivę.

2° arg. 3ę nrę assertis persuadens inęqualitatem intensivam visionis Beatę esse pręcise sumendam ab inęqualitate luminis glorię. nam visio beatifica est pręmium supernaturale correspondens quantitati meritorum, ita ut iuxta mensuram et quantitatem meritorum omnes Beati magis aut minus videant Deum nam ut determinatur in concilio florentino. Sessione Ulma pro meritorum diversitate unus Beatus perfectius alio Deum videt; sed potest homo v.g. non obstante eius minori activitate naturali ęquari angelo in meritis, imo secundum communem sententiam Theologorum aliqui homines de facto pervenerunt ad ęqualem beatitudinem cum angelis propter ęqualitatem meritorum: ergo inęqualitas pręmii essentialis, cuius modi est visio beatifica nullatenus sumitur ab inęqualitate activitatis naturalis intellectus, sed pręcise dependet ab inęqualitate luminis glorię, alioquin homo et angelus nequirent consequi ęqualem beatitudinem supernaturalem quamvis habeant ęqualem quantitatem meritorum cum in nullo casu intellectus humanus sit ęqualis angelico secundum quantitatem activitatis naturalis.

Respondetur Concedendo visionem beatificam esse pręmium essentiale meritorum et id circo secundum dispositionem divinę iustitię verificatur ęqualia merita pręmiari ęquali pręmio supernaturalis beatitudinis ac proinde angelus et homo meritorie operantes operibus meritoriis eiusdem valoris aut ęstimationis moralis meritorie de facto beatificantur ęquali beatitudine et id circo elevantur ad ęqualem visionem beatificam quę in ratione pręmii correspondet morali causalitati meritorum et secundum hoc operationis vitalis phisicę dependet a phisica causalitate et influxu intellectus creati illustrati lumine supernaturali, ex quo nullatenus deducitur angelus propter maiorem activitatem naturalem intellectus stante omnimoda ęqualitate

equalitate meritorum perfectius Deus videre quia in hipotesi equa-
litatis meritorum inter hominem et angelum intellectus humanus non
elevaretur ad visionem beatificam lumine supernaturali equali sed
illustraretur divinitus lumine superioris perfectionis ut superiori-
tate et excessu luminis elevantis suppleatur defectus naturalis intellectus hu-
mani respectu intellectus angelici, nam eo ipso quod illustretur intellectus
humanus perfectiori lumine glorie constituitur potens ad ellicien-
dum visionem beatificam equalem visioni angelice et quia defectus acti-
vitatis naturalis intellectus humani in hoc casu suppletur per excessum
luminis supernaturalis, et id circo ratione maioris aut ulterioris lumi-
nis glorie ita elevatur intellectus humanus ut de facto possit e-
quari intellectui angelico in ratione principii ellicitivi visionis bea-
tifice ex quo sequitur semper esse verificandum equalibus meritis
correspondere necessario equalia premia, et inequalibus inequalia.

Sed contra hanc solutionem potest replicari ex doctrina adver-
sariorum quia stante omnimoda equalitate meritorum ex parte
hominis et angeli, Deus supposita dispositione sue iustitie illis
necessario conferret lumina glorie omnimoda equalia ergo equalitas
visionis beatifice qua premiantur equalia merita hominis et
angeli non procedit ex eo quod intellectus humanus illustretur
maiori lumine ad supplendum inequalitatem activitatis naturalis,
sed precise oritur ex omnimoda equalitate luminis glorie sine
ulla dependentia ab inequalitate virtutis naturalis, et id
circo universaliter verificatur maiorem aut minorem activitatem
naturalem intellectus nullatenus causative concurrere ad maiorem
aut minorem perfectionem intensivam visionis beate; probatur antecedens, nam
lumen glorie elevans intellectum ad visionem beatam cadit sub me-
ritis tanquam premium illis correspondens cum non solum visio obiecti
beatifici, verumetiam lumen a Deo collatum ad posse videre ip-
sum conferatur ut premium intuitu nostrorum meritorum, sed
stante equalitate meriti non potest secundum ordinem divine ius-
titie conferri merentibus inequale premium: ergo si lumen glorie
a Deo confertur ut premium correspondens quantitati meri-
torum necessarium est ut angelus et homo equaliter merentibus eleventur

ad

ad videndum Deum luminibus gloriæ æqualibus et id circo intellectus
humanus non illustratur maiori lumine ut reducatur adæquali-
tatem cum intellectu angelico in ratione principij efficientis visionis
beatificæ.

2° replicatur. nam eatenus beati æqualis quantitatis
meritorum æqualiter vident Deum quin unus videat perfectius
alio, quia visio actualis Dei est præmium essentiale cadens
sub meritis, et id circo proportionabiliter correspondens quanti-
tati, et æqualitati meritorum, sed non solum visio actualis Dei,
verum etiam lumen supernaturaliter elevans intellectum creatum ad eius
efficientiam est præmium supernaturale cadens sub nostris me-
ritis, nam quemadmodum propter nostra merita Deus nobis con-
fert coronam gloriæ consistentem in visione beatifica ita in intuitu merito-
rum confert supernaturale lumen quo elevamur ad consecutionem
obiecti beatifici.

3° refellitur eadem solutio, nam si angelo æqua-
liter merenti cum homine Deus conferret lumen gloriæ minus
perfectum iniuste operaretur contra rectitudinem suæ divinæ ius-
titiæ non concedendo æquale præmium æqualibus meritis non
salva æqualitate meritorum in homine, et angelo. Deus confe-
rret angelo minus luminis supernaturalis, et minorem quanti-
tatem præmij supernaturalis cuiusmodi est lumen gloriæ. ergo
falsum est Deum conferre angelo minus luminis gloriæ, ut sic
compenset eius excessum secundum activitatem naturalem.

Ad hoc,
argumentum R. 1° solutione supra a nobis adducta, ad cuius priorem im-
pugnationem R. negando antecedens. ad cuius probationem R. distinguendo
maiorem. lumen gloriæ elevativum intellectus creati ad visionem bea-
tam correspondet meritis ut præmium finale nego maiorem, ut
præmium respectivum seu ordinatum ad præmium absolutum et finale
concedo maiorem et eodem modo distinguenda est minor et ne-
gando consequentiam quia est lumen gloriæ quo elevatur intellectus creatus
ad videndum Deum correspondeat nostris meritis ut præmium partiale
respectivum quatenus ordinatur adeo ut medium [illegible] conferens
aus

ad consequtioné finalis præmij consistentis in actuali visione obiecti Beatifici n hinc deducitur: equalitati meritorum correspondere omnimodam equalitatem entitativam luminis gloriæ; sed solummodo deducitur: duobus equaliter meritibus conferri lumina supernaturalia accomodata eorum activitati naturali in ordine ad elliciendam visiones beatificas equalis perfectionis intensivæ si enim lumen gloriæ esse n è præmium finale correspondens meritis, sed præmium quasi partiale, aut respectivum nimirum ordinatum ad operationem Beatificam ut Deus iuste operetur sufficit ut Beatis equaliter merentibus conferat lumina quæ respective ad conditionem naturalem intellectus elevabilium possunt elevare exercite ad equalem visionem beatificam unde et si in nostro casu intellectui angelico conferetur minus luminis supernaturalis loquendo de minoritate entitativa absoluta tamen eius intellectus supposita eius maiori perspicatia naturali confertur sufficiens lumen ut elliciat visionem supernaturalem obiecti [illegible] beatificæ equalis perfectionis intensivæ cum visione ellicita ab intellectu humano maiori lumine illustrato.

Pro cuius maiori intelligentia advertendum est lumen gloriæ n dici præmium nostrorum meritorum ratione suæ entitatis absolute sumptæ, sed precise propter eius habitudinalem conducentiam ad exercitam ellicientiam visionis Beatificæ in qua consistit finaliter formaliter ratio præmij essentialis correspondens quantitati meritorum unde absolute potest concedi lumen gloriæ collatum intellectui angelico in casu quod angelus sit equalis meritis cum homine esse equale lumini uberiori elevanti intellectum humanum n equalitate physica absoluta sed equalitate conducentiæ ad Beatitudinem formalem, seu ad præmium finale, et ideirco in ratione præmij respectivi esset equalis estimationis, aut valoris moralis: quatenus in ratione principij exercite elevantis intellectum creatum esset principium quo ellicitivum visionis Beatificæ omnino equalis cum lumine illustrante intellectum humanum, cum estimatio moralis medij conducentis ad aliquem finem n funditur in maiori aut minori quantitate entitativa aut absoluta ipsius, sed in maiori aut minori conducentia illius ad actualem consecutionem finis ad quem ordinatur quapropter si angelo et homini equaliter merentibus retribuntur le

de facto lumina gloriæ quæ consideraxata eorum naali activitate æqualiter conducunt ad producendas visiones beatificas omnimodo æquales necesse est ut concedatur absolute illos premiari æquali premio tam finali quam respectiva loquendo de æqualitate morali fundata in æqualitate conducentiæ.

Ad 2am obiectionem respondetur facillime ex doctrina hactenus tradita lumen gloriæ elevans intellectum creatum ad visionem beatificam esse premium partiale respectivum per se ordinatum ad actualem visionem obiecti beatifici et idcirco quotiescunque Deus in statu meritorum confert ex iustitia æqualiter merentibus lumina gloriæ exercite elevativa ad æqualem visionem operatur recte non deficiendo a rectitudine suæ divinæ iustitiæ quia atendendo ad naturalem activitatem aut dispositionem intellectus elevabilis ad visionem beatam æqualiter merentibus confert lumina gloriæ æqualiter conducentia ad æqualiter videndum Deum, cum in casu proposito lumen elevans intellectum angelicum ut coniunctum maiori activitati naali ipsius nullatenus elevet ipsum ad visionem beatificam excedentem visionem ellicitam ab intellectu humano maiori lumine illustrato propter naturalem indigentiam in rõe principii elevabilis per quam solutionem patet clare solutio tertiæ obiectionis.

3° arg. 2am nram assertionem, nam tota ratio aut virtus proxima præcontentiva visionis beatificæ est lumen gloriæ, sed maior vel minor perfectio gradualis cuiusvis operationis sumitur præcise a maiori aut minori perfectione virtutis proxime præcontinentivæ ipsius. ergo æqualitas vel inæqualitas intensiva visionis beatæ nullatenus reducitur in æqualitatem vel inæqualitatem activitatis naalis intellectus creati, sed præcise commensuratur quantitati luminis supernaalis. maior constat cum visio beatifica sit operatio entitative supernaalis, quo ad perfectionem specificam et gradualem ac tota ratio aut virtus efective præcontinens ipsam est lumen supernaalis iam intellectus. ut communiter supponunt nostri Thomistæ contra neothericos, et minor prob. 1o nam quemadmodum gratia supernaturalis est tota et adequata ratio merendi supernaale premium beatitudinis, ita lumen gloriæ est tota ratio aut virtus proxima videndi Deum, sed quia gratia supernaturalis, ut distinguitur a naa liberi arbitrii e tota ratio merendi supernaaliter

supernaturaliter, maior, aut minor quantitas præmij supernaalis præcise sumitur a maiori vel minori quantitate gratiæ et non reducitur ad maiorem vel minorem perfectionem naturæ ergo si lumen supernaaliter elevans intellus creatus est tota, aut integra ratio proxima videndi Deum necessum est ut maior vel minor perfectio visionis beatæ præcise sumatur a maiori, aut minori quantitate luminis, quin ullatenus reducatur ad maiorem aut minorem activitatem intellectus creati.

1° Confirmatur nam intellus creatus ex se non potens proxime ad elliciendam visionem beatam sed constituitur proxime potens ratione luminis supernaturalis aquo elevatur, et supernaturalizatur: ergo intellus creatus absolute constituitur ellicitivus perfectionis visionis beatificæ per participationem maioris aut perfectionis luminis. et idcirco maior vel minor perfectio intensiva visionis beatæ præcise sumitur a maiori vel minori perfectione luminis, quin ullatenus reducatur in maiorem vel minorem activitatem naalem intellus creati antecedat et conseq. prob. nam sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita se habet magis, ad magis, ergo si simpliciter constituitur intellus potens ad visionem beatam non ratione suæ activitatis naalis; sed ratione luminis supernaturalis necessum est ut constituatur potens magis videre, per maius aut perfectius lumen. nam quemadmodum esse visivum Dei competit intellui creato non ratione suæ virtutis naalis, sed præcise ratione luminis, ita videtur quod magis videre convenit præcise ratione maioris aut perfectioris luminis.

2° Confirmatur. nam maior perfectio intensiva aut gradualis qua una visio beatifica excedit alteram, est intrinsece quid supernaturale cum visio beatifica sit operatio quoad substantiam supernaalis, et idcirco eius intrinseca perfectio debet esse supernaalis. ut modo supponitur, sed perfectio supernaturalis nequit ullatenus dependere ab activitate naali potentiæ naalis, ergo perfectio gradualis intensiva visionis beatæ nullatenus sumitur a maiori activitate naali intellectus creati, sed adequate reducitur in maiorem perfectionem luminis supernaalis, prob. minor, quia effectus supernaalis nequit attribui causative principio naali, cum supernaturale excedant totam causalitatem aut exigentiam naturæ

naturæ. g.° si visio beata quoad perfectionem intrinsecam intensivam est quid entitative supernaturale implicat quod ullatenus dependeat causative a perfectione naturali potentiæ intellectivæ.

3.° Confirmatur, quia si intellectus angelicus v.g. illustratus æquali lumine cum intellectu humano ellicerit visionem beatam maioris perfectionis intensivæ ratione maioris activitatis naturalis sequeretur intellectum angelicum perfectius elevari ad videndum Deum ratione maioris perfectionis naturalis, sed hoc est falsum g.° nullatenus reducitur maiorem perfectionem intensivam visionis beatæ ad maiorem perspicaciam naturalem intellectus. maior videtur certa, et minor probatur nam si intellectus angelicus ratione maioris activitatis naturalis stante æqualitate luminis elevaretur ad magis aut perfectius videndum Deum. ex hoc sequeretur intellectum angelicum ratione excessus naturalis activitatis esse absolute magis elevabilem adeo ad supernaturaliter operandum, sed hoc non est concedendum. cum intellectus secundum se constituatur elevabilis ad visionem beatam ratione potentiæ obedientialis, quæ est communis et æqualis in omnibus intellectibus creatis quantumvis distinctis secundum potentiam naturalem, g.° propter inæqualitatem activitatis naturalis non inæqualiter elevantur intellectus humanus et angelicus stante æqualitate luminis gloriæ.

Confirmatur, in casu in quo illustraretur intellectus angelicus minori lumine cum quo ellicerit visionem æqualem cum visione producta ab intellectu humano maiori lumine illustrato in hac hypotesi lumen supernaturale minus perfectum elevans intellectum angelicum cum posset esse virtus proxima effective continens perfectionem intensivam secundum quam visio angeli esset æqualis visioni humanæ producta a maiori lumine: g.° homo habens æqualia merita cum angelo non elevatur maiori lumine gloriæ, sed æquali. et idcirco æqualitas perfectionis intensivæ quæ reperitur in visionibus beatificis beatorum æqualiter merentium nullatenus reducitur ad activitatem naturalem, sed potius sumitur ab æqualitate a luminis gloriæ. probatur antecedens. nam in illo casu intellectus angelicus ellicere visionem beatam minore virtute supernaturali, cum supportatur illum esse illustratum minori lumine supernaturali quæ tota virtus proxime continentiva actus supernaturalis, sed nullus agens actualiter operans minori virtute proxima. potest ellicere operationem in perfectione excedentem quantitatem

suæ

sue virtutis operativae aut equari in operando agenti maioris virtutis proximae alioquin perfectio operationis excederet perfectione sui principii quo effectivi. g° in nostro casu lumen supernaturale elevans intellectum angelicum si excederetur alumine illustrante intellectum humanum nullo pacto poterit elevare angelum ad elliciendam visionem equalem cum virtus minoris perfectionis minus influat in operationem minus perfectam aut minus intensam.

g° Confirmatur, quia calor respectu subiecti in quo recipitur est virtus effectiva calefactionis nequit subiectum recipiens minorem calorem equaliter calefacere cum subiecto affecto maiori calore ut constat experientia. g° si lumen gloriae elevans intellectum creatum ad visionem beatificam est tota virtus proxima videndi Deum nullatenus poterit intellectus illustratus minori lumine producere visionem eque perfectam cum visione ellicita ab intellectu maiori lumine illustrato consequens patet nam proportionabiliter discurrendo sicut calor est tota virtus calefaciendi respectu subiecti receptivi ipsius ita lumen supernaturale est intellectui creato elevabili ad visionem tota et integra virtus proxima videndi Deum sed quia calor est tota ratio aut virtus calefaciendi minor calor in quocunque subiecto minus calefacit g° si lumen gloriae est tota ratio videndi Deum, in quocunque intellectu creato devet producere minorem visionem, et id certo si intellectus angelicus illustraretur minori lumine, quam intellectus humanus nullatenus ellevaret intellectum angelicum ad equalem visionem.

Vltimo Confirmatur, eatenus iuxta nostram sententiam intellectus angelicus elevatus equali lumine gloriae cum intellectu humano ellicerent ratione maioris perspicaciae naturalis visionem beatificam intensive perfectiorem quia potentia naturalis intellectus radicaliter influit in visionem beatam et si alumine supernaturali constituatur proxime visivus obiecti beatifici sed falsum est: intellectum creatum activitati naturali radicaliter causare visionem beatificam. g° falso fundamento innititur nostra sententia ad persuadendum maiorem perfectionem intensivam visionis beatae esse sumendam non solum amaiori perfectione luminis supernaturalis verumetiam amaiori activitate intellectiva naturali intellectus creati. maior supponitur ex dictis in probatione assertionis ubi afirmamus, causam adequatam phisicam visionis supernaturalis

comprari

componi ex poa naali intllu, et ex lumine ipsa supernaalitr ele-
vante concurrente virtute naali ut prio vitali radicali et lumine
gloriæ ut virtute proxima, et minor pbr 1° nam prius pure naturale
nequit radicalitr influere in actus entitative supernaale cum prio
radicale in quocunque ordine sit perfectius operatione radicata et
id circo connexa cum ipsa quod videtr repugnare poe naali intllus
creati respectu operationis vitalis supernaalis cuius modi est visio beatifica,
quia quodvis ens supernaturale ratione supernaturalitatis, é supra ordi-
nem naturæ, et id circo inconnexum cum quacunque potentia naturali quam
tumvis sublimi secundum activitatem pure naturalem: gº falsum é intllum
creatum activitate naturali radicalitr vitalitr influere in visionem beatam
et id circo nec mediate nec immediate virtus naalis poe intellectivæ creat
maiorem perfectionem intensivam visionis beatificæ sed hæc adequate et precise
reducitr in maiorem perfectionem aut quantitatem luminis supernaturalis.
2º pbr minor nam ideo communitr iudicant nostrates gratiam sanctificam-
tem éé radicem generalem omnium operationum supernaalium quia in linea et
ordine supernaturali sola gratia habet ronem quasi naæ, sed nec substa
intllualis creata, nec poa naalis ipsius havent ronem naæ in ordine super-
naali cum ex se sint extra ordinis puræ naalis gº non verificatr intllum
creatum secundum virtutem naturalem éé prius radicale, vitalitr radicaliter, pro-
ducens visionem beatam.

3º pbr eadem minor in quocunque ordine principio ra-
dicali cuiusvis operationis debetr devitum connaturalitatis principium quo
proximum operandi dimanant physice et naturalitr a principio radicali
ut patet in potentia intellectiva hominis quæ physice dimanat a substia
animæ intellectivæ quæ ei comparatr ut principium radicali sed certum
é lumen nullatenus éé devitum devito connaturalitatis poe naali intllus
creati alioquin n éét donum simplicitr supernaale gº intllus creatus ra-
tione activitatis naturalis nequit éé principium radicalitr vitalitr
causans visionem beatam et idcirco nequit influxus luminis gloriæ in
visionem beatificam modificari ab influxu radicali activitatis naalis
intllus creati.

Ad hoc argm R. concedendo mam et disting. mim, sed
maior pfectio intensiva cuiusvis operationis sumitr a maiore per-
fectione virtutis proxime ut modificata a principio mediato
aut radicali concedo minorem ea maiori virtute proxima præcise
a modificatione principii mediati aut radicalis neg. mim et cons.
quia

quia pfectio physica operationis physicae, aut subiective considerata non solum sumitur a virtute proxime praecontentiva ipsius verumetiam a perfectione principii radicalis aut mediate ut patet ~~in~~ instantiis supra allegatis in probatione nostrae sed ratione influxus proximus virtutis proxime modificatur influxu radicali principii radicalis, et id circo quando crescit perfectio principii radicalis crescit perfectio operationis saltem in crementis intensivo ex parte subiecti operantis. si enim maior dispositio receptiva subiecti pure receptivi facit ut fma recepta magis ipsius informet ut supra diximus, potiori iure, maior activitas principii radicalis efficit ut eius virtus proxima intentius operetur. nec obstat contra hanc doctrinam instantia nobis obiecta de gratia gratum faciente quia meritum instantia nobis obiecta de gratia gratum faciente. quia meritum formaliter sumptum in roe actus meritorii praemii essentialis, e quid moraliter praecise fundatur in mera gratia Dei, ut docet D. Thomas 1.2. q. 114 ac proinde sola gratia ut distincta anima, facit actus moraliter meritorios, et idcirco, quantitas praemii essentialis in roe ~~praemii~~ eius moralis actus meritorii, correspondet causative quantitati gratiae gratum facientis, a qua actus meritorius adequate valorisatur, valore morali proportionato praemio essentiali. ex quo patet disparitas nam visio beatifica physice sumpta. ut in praesenti sumitur depetit tamquam causa adequata physica non solum a virtute proxima qua intellectus creatus proxime proportionatur obiecto beatifico verumetiam ab activitate physica naturali intellectus creati cum conflatus ex pota naturali intellectus et lumine gloriae, sit causa adequata physice vitaliter influens in operationem vitalem visionis beatae, et id circo vitalitas visionis causative radicaliter depetit a vita naturali unde hoc argumento tantummodo pbatur substantiam materialem actus meritorii quoad physicam perfectionem, dependere ab activitate naturali potentiae naturalis non vero ullatenus persuadet activitatem naturalem liberi arbitrii esse aliquo modo causam praestantem actui supernaturali, aut naturali valorem meritorium respectu praemii essentialis nam ab alio principio sumitur physica perfectio actus supernaturalis, ac valor condignificans ipsum ad praemium essentiale, quia prius fundatur in gratia gratum faciente. perfectio vero physica cuiusvis operationis dependet a comprincipiis physice et vitaliter influentibus in

in cuius productum quod sitat pluribus instantijs, nam iuxta communiorem nostrorum Thomistarum sententiam actus supernaturalis fidei vel spei in suo genere excessu perfectionis substantialis physice excedit actum temperantiae infusae vel alterius virtutis moralis, et nihilominus actus temperantiae informatus maiori gratia aut imperatus maiori charitate iuxta communiorem nostrorum Thomistarum habet maiorem valorem, aut vim meritoriam respectu premij supernaturalis essentialis.

Ad 1am Confirmationem

Respondendo. ans. cum enim potentia naturalis intellectus esse non sit proportionata cum obiecto beatifico sine lumine ipsam supernaturaliter elevante, ex tunc non dicitur potens ad elliciendam visionem beatificam loquendo de potentia proxima, ex quo non deducitur potentiam naturalem maioris activitatis naturalis concurrente equaliter luminis gloriae non ellicere perfectiorem visionem beatificam physice sumptam quia et si lumen prestet ipsi potentiae proximam proportionando eius activitatem quoad obiectum beatificum non tamen supprimit nec destruit vim activam naturalem quia intellectus superioris activitatis exigit perfectiori modo operari circa quodcunque obiectum intelligibile sibi proportionabile, unde illud commune adagium sicut se habet simpliciter ita se habet magis, solummodo verificatur stantibus omnibus paribus, in hoc sensu quod sicut lumen supernaturaliter intellectum creatum et elevans ipsum ad ordinem divinum dat illi potentiam aut virtutem proximam ad videndum Deum ita magis lumen secundum se prescindendo a maiori, aut minori activitate naturali intellectus elevati ex se petit prestare potentiam ad magis videndum Deum si communicetur intellectui esse magis sublimi aut duobus intellectibus eque dispositis ratione virtutis naturalis intellectivae et advertatur prefatam regulam universaliter verificari de causis perse adequatis vg. quia calor sit distinguitur a subiecto pure receptivo ipsius et causa adequata calefaciendi sicut ad posse calefacere requiritur virtus calefactiva seu calor ita ad magis calefacere exigitur maior calor quod nullatenus verificatur de lumine gloriae respectu visionis supernaturalis vitalis, cum ut supra ostendimus causa adequata physica visionis beatificae non sit lumen gloriae, sed conflatum ex potentia naturali intellectus et lumine. et idcirco solummodo verificatur absolute intellectus equalis activitatis naturalis illustratus equali lumine elevari adequaliter videndum Deum.

2o potest respondere quod universaliter verificatur lumen supernaturale magis illuminans virtutem naturalem

naale intellus prestante illi poa ad magis videre Deum, cum igitur poa intellectiva creata ex se magis visiva seu intellectiva magis illuminetur, ut elevetur a lumine gloriae eiusdem perfectionis intrinsecae quam intellus minoris activitatis naalis, hinc sequitur in quocunque casu lumen magis illuminans intellum ipsum elevare ad magis videndum Deum, et lumina equaliter illuminantia determinare ad equaliter videndum Deum, unde aliud est maius lumen aliud lumen exercite magis illuminans nam lumen equalis perfectionis intrinsece pot minus illuminare intellum minus intellectivum ex se sicut ut supra ostendimus ~~lux~~ lux solaris non obstante eius non obstante eius equalitate intrinseca ad posse illuminare minus illuminat corpus minus perspicuum et eadem virtus motiva diversimode movet corpora ex se capacia diversorum motuum, nam si idem movens eadem virtute motiva moveret corpus figurae sircularis et alterius figurae distinctae unum moveret motu sirculari et alterum motu recto, et unum perfectius moveret cum sircularis motus sit perfectior motu recto.

Ad 2^a^ Confirmationem R. concedendo maiorem et negando minorem ad cuius provationem respondetur 1° distingendo maiorem, sed effectus supernaturalis non pot causative dependere a principio naali ut precisso ab elevatione supernaali concedo maiorem non pot dependere a prio naali ut subiecto elevationi virtutis supernaalis nego maiorem, et eodem modo distinguenda est minor neganda consequentia quia et si intellus creatus ratione activitatis naturalis nequeat aliquomodo causare operationem supernaalem nec quoad perfectionem specificam, nec quoad perfectionem gradualem intensivam propter eius supernaalitatem quae excedit facultatem naalem intellus nude sumpta, seu ut precissa ab elevatione luminis supernaalis caeterum activitas naalis intellus creati ut subiecta elevationi luminis supernaalis pot aliquomodo causare perfectionem individualem intensivam visionis beatificae non obstante eius supernaturalitatem quia operatio vitalis non dicitur supernaturalis propter omnimodam independentiam ab activitate naali poae vitalis createe, sed quia superat et excedit poam naalem nude sumptam, seu poam supernaturalisatam virtute supernaali, nec pot negari virtuti naali intellus creati influxus activus saltim radicalis aut mediatus in visionem vitalem supnaalem, nam ut supra ostendimus ex concilio tredentino sess. 6. poae naales et si ad operandum supernaaliter indigeant elevatione gratiae et habitus supernaalis

13

supernaalium, ceterum non concurrunt ad operationem supernaturalem modo emortuum et in animi sed efective et vitaliter, et idcirco catholice nequit negari operationem entitative supernaturalem effective dependere nedum ab habitibus supernaalibus verum etiam ab activitate naali, licet hec nequeat influere in huiusmodi operationem sine elevatione supernaali donorum supernaalium.

Ad 3a Confirmatione R. concedendo maiorem et negando minorem ad cuius probationem respondetur, quod et si potentia obedientialis qua creature constituuntur nativè subiectè omnipotentiè divinè sit equalis in omnibus creaturis cum omnibus equaliter conveniat obedire Deo, seu non resistere eius dispositioni nec ad operandum, nec ad recipiendum; ceterum si sumatur potentia obedientialis subiective quatenus importat capacitatem subiectivam, aut positivam ratione cuius potentia creata redditur positivè elevabilis ad hunc vel illum factum superiorem dicitur inequalis, nam quemadmodum intellectus creatus vg. constituitur absolute elevabilis ad intelligendum supernaaliter ratione virtutis intellectivè qua potentia intellectiva secundum se potest naaliter intelligere obiectum intelligibile in communi ita constituitur elevabilis ad magis intelligendum obiectum supernaturale ratione maioris, aut superioris virtutis intellectivè et idcirco intellectus angelicus ratione maioris activitatis naalis, ad intelligendum quodcunque obiectum intelligibile sibi obiicibile, redditur magis elevabilis ad magis videndum obiectum beatificum, et consequenter stante equalitate luminis elevantis, elevaretur ad maiorem, aut perfectiorem visionem beatificam sicut instrumentum artificiale magis activum secundum se actione previa elevatur ab artifice ad magis et perfectius artificialiter operandum.

Ad 4a Confirmatione R. negando ans ad cuius probationem R. intellectum angeli minori lumine illustratum posse ellicere visionem vitalem supernaalem equalem visioni ellicite ab intellectu humano maiori lumine elevato non propter maioritatem entitativam luminis elevantis, sed quia lumen illustrans intellectum angelicum magis in exercitio illuminat ipsum ad intelligendum obiectum beatificum quatenus ut quo elevat intellectum rese magis participantem de activitate luminis intellectualis naalis, qua intellectus constituitur absolute illuminabilis superiori luce supernaali, et idcirco potest dici quod in illo casu lumen illustrans intellectum angelicum, licet

licet ut quod sit minus lumine supernaali collato intellui humano qui indiget maiori lumine propter defectum activitatis naturalis; tamen ut quo est equalis cum supposita maiori perspicacia naali intellectus angelici illum exercite elevet adequale visionem, prestando illi sufficientem virtutem supernaalem ad elliciendam equalem visionem beatam.

Ad 5.m Confirmationem R.r facillime ex dictis in probatione nrae assertionis, quia calor quatenus separatur ab igne in quo radicatur et recipitur in aliis subiectis extraneis, non solum est totalis ratio calefaciendi verum etiam tota et integra causa effectiva calefactionis et id circo in nullo subiecto opere receptivo pot minor calor calefacere equaliter cum maiori calore, quia subiectum extraneum recipiens calorem pure materialiter concurrit ad calefaciendum et non causative et formaliter, ex quo patet disparitas quia et si lumen gloriae sit tota ratio proxima elevandi poam naalem intellus ad visionem supernaturalem non tamen ut dictum ab activitate naali intellus creati non est totalis et integra causa vitaliter elliciens ipsam alioquin intellus si esset subiectum pure maaliter recipiens visionem beatificam et non mediate influens in illam influxu effectivo vitali, et idcirco pot lumen minoris entitatis ut modificatum mai activitate intellectiva poe naalis elevare ipsum ad maiorem et perfectiorem visionem loquendo de mai perfectione graduali intensiva, de quo procedit presens questio, quia perfectio intensiva operationis non solum sumitur a perfectione entitativa virtutis primae verum etiam reducitur multoties ad perfectionem influxus mediatum aut radicalem prius radicalis.

Ad ultimam obiectionem R.r neg.do mim etenim ut aperte patet ex dictis nequit negari poe naali vitalem influxum saltim mediatum aut radicatum in actus supnaales vitales alioquin pure passive sustentaret virtutem operativam ordinis supernaalis, quod oppr detractioni concilii Tridentini, unde ad primam probationem minoris R.r distinguo maior. radix connectitur cum radicato si sit radix connaturalis operationi radicatae secundum se concedo maiorem, si sit radix indigens superiori prio ad influendum in operationem radicatam nego maiorem et concedo minorem in nostra de operatione supernaali 2.da reduplicatione supnaalitatis nego coam nam et si poa intellectiva concurrat mediate radicaliter ad operationem supernaalem vitalem ex supposito quod eius activitas naalis elevatur lumine supnaali ceterum ut concurrat hoc pacto non exigitur ut esse sit positive mensura cum operatione supnaali 2.da reduplicatione formalem supnaalitatis sed sufficit ut roe activitatis naalis habet coaptationem essalem activam, ut possit mediante virtute supernaale proxima active influere in operationem supnaalem

unde

3 ..

superna[illegible] relegan[illegible] [illegible]

unde intllus creatus 2us activitate naali het virtute prime elicitiva omnium intellectionum naalium circa obiecta intelligibilia sibi proportiona ta et illi convenit virtus radicalis aut mediata respu visionis beati fice et aliarum operationum que tendunt ad obiecta supernaalia, quia huiusmi obiecta et si [illegible] sub obiecto specificativo intllus creati n tamen [illegible] sub obiecto proportionato ipsius et idcirco potest dici intllus creatus 2us activitate naale 2us qua radicaliter et mediate influit in visionem beatificam esse connexam positive cum ipsa visione 2us pag cum roe actionis vitalis intellective in qua intellectio supernaalis [illegible] cum alijs intellectionibus specificatis a communi roe obiecti intelligibilis, cum qua nectitur specificative intllus creatus 2us se quamvis nec visio beatifica, nec alia operatio supernaalis 2us [illegible] reduplicatione opera tionis supernaalis nullatenus connectatur cum activitate naali intllus et idcirco [illegible] naalis intllus n dicitur radix connaturalis visionis bea tifice eo pacto quo aia intellectiva dicitur radix ipsius intellectionis naturalis sed tantummodo dicitur radix ipsius quatenus esse het activitatem inchoatam petentem perfici et elevari ad vitaliter operandum cc[illegible] supernaalem beatificam et n pure passive recipientem huiusmi operationem medio lumine glorie.

Ad 2us [illegible] minus [illegible] gratiam iustificantem esse radicem connaturalem visionis beate et ceterarum ope rationum supernaalium tum quia 2us se eiusdem ordinis cum huiusmi operationibus tum quia in linea elevationis supnaalis dat [illegible] esse supnaale [illegible] naalis intllus et si n sit ordinis superna alis, et idcirco n sit naa in linea supernaali, roe tamen activitatis intellectivae naalis qua active coaptatur ad posse intelligere quod cumque obiectum contentum sub communi roe entis het virtutem vitalem mediatam aut radicalem, qua possit proportionari medio lumine supernaali ad active influendum in operationem vitalem supnaalem ad [illegible] radicaliter et mediate licet virtus prima illi ad veniat ab extrinseco roe luminis supernaalis.

Ad ultimam [illegible] patet solutio ex dictis nam et si principio radicali debeatur connaturaliter virtus prima [illegible] operationes contentas sub obiecto proportionato et naturali ipsius n tamen radici seu principio radicali imunito sumpto [illegible] debet connaturalitatis virtus prima. preterea [illegible] virtus prima detrahat principium radicale ipsius proportionando ad operationes superioris ordinis

cuj igitur po. naal intllus radicalitr aut mediate influat in visionem veatam medio lumine supernaali ipsum elevante ad operatum superiorem n terminatam ad connaturalem aut proportionatum obiectum ipsius. hinc infertur: lumen supernaturale n ee debitum debito connaturalitatis poe active radicalitr influenti in visionem et si ex suppositione quod exerceatur virtus radicalis intllus cum visionem veatam exigatur elevatio luminis supernaturalis.

(D. Thos 3 p. q. 63 art. 4 ad 1um ait: gra dum completa e in subiecto sdm conditionem subiti, et quia e mutabilis solum arbitrium quamdiu e in hac vita, ideo e q gra invicem aie mutab.r = D. Thos in 1 dist 17 q. 1 art. 3 dum e ig q mensura solum q.m datur charitas e capacitas ipsius aie que e ex naa sui et dispone, que e per conatum operum et q.a dum eundem conatum melius disponitur naa melior, ideo qui het meliora naalia dummo sit perfectior conatus magis recipiet de perfectionibus infusis, et qui peiora naalia quandoque magis recipiet si adsit maior conatus ex quo ang meliora naalia per equalem conatum sit per maiorem gratiam auxiliante, magis se disponunt ad perfectiones infusas, sic q recipient de perfectionibus infusis q similr meliora naalia intllus ex vi equalis luminis gratis Deum videbunt. =

Concertatio Theologica.

Utrum opera naturalia moralia mereantur aliquomodo, l. disponant ad primam gratiam auxiliantem, seu 1m. praedestinationis effectum?

Ante breuem resolutionem dubij propositi supponendum est 1o opera naturalia quantumuis perfecta nullatenus mereri 1m. gratiae diuinae auxilium merito condignitatis, seu de condigno: quod expresse definitur in Concilio Arausicano 2 can. 2, 6. et 7. et Milevitano contra Pelagium, vbi praecipitur ipsi, vt catholice fateatur gratiam Dei non conferri secundum merita nostrum, sed pure misericorditer secundum liberalem dispositionem diuinae voluntatis: quod satis repetitur intelligi de merito stricte, et rigorose sumpto, cuiusmodi est meritum de condigno. Quo supposto solummodo inter DD. Catholicos potest dubitari, vtrum Deus intuitu bonorum operum moralium naturalium conferat hominibus ad gloriam praedestinatis 1m gratiae supernaturalis, qua supernaturaliter eleuantur et disponuntur ad consecutionem gratiae iustificantis, et gloriae: circa cuius resolutionem tres sunt principales inueniuntur inter DD. Catholicos. Ia. affirmat in operibus naturalibus praecedentibus a viribus naturalibus liberi arbitrij dari vim dispositiuam ad 1m gratiae auxiliantis, et idcirco de facto opera bona bonitate naturali morali esse dispositiones positiue concurrentes ad 1m. gratiae auxiliantis, licet eiusmodi opera non sint causae meritoriae ipsius, nec merito condignitatis, nec merito de congruo. IIa. asserit, quod licet opera bona moralia ordinis pure naturalis non sint causae suae rectitudinis dispositiones physicae aut morales ad 1m gratiae auxiliantis, ex lege tamen Dei, et pacto inito cum Xto Domino de non neganda gratia facienti quod est in se ex viribus naturae habent opera bona naturalia infallibilem connexionem cum gratia: ita discurrit Pater Molina, cui subscribunt Aliqui RR. DD. Societatis. IIIa. et communior inter Theologos affirmat bona opera moralia ex viribus naturae profecta nec meritorie de congruo posse promereri 1m. gratiae auxiliantis, nec vllatenus hiuiusmo-

di opera pure naturalia ee dispositiones positivas pmas, aut remotas respu gratiae nec connexas cum ipsa rac alicuius legis divinae aut pacti initi cum Xto D. ... adhaerent unanimiter Discipuli ... N Praeceptoris, pro cuius resolutione sit.

Prima Conclusio.

Opera bona moralia ex viribus procedentia non concurrunt ut dispositiones positivae physice, aut moraliter disponentes hominem ad primam gratiam auxiliantem, seu ad primum effectum supernaturalem praedestinationis. Haec conclusio probatur 1°. prima gratia supernaturalis, qua homo provehitur ad viam salutis aeternae et supernaturalis est illa, a quo inchoatur primordialiter iustificatio supernaturalis iuxta definitionem Concilii Tridentini ses 6 cap 2 ubi catholice definitur primum exordium iustificationis esse gratiam supernaturalem vocantem aut auxiliantem his verbis: iustificationis exordium a Dei praevenientie gratia esse sumendum: sed si homo per opera viribus naturae elicita posset positive se disponere ad primam gratiam auxiliantem primum exordium iustificationis non esset gratia divina praeveniens naturae voluntatem, sed actus naturales dispositive concurrentes ad iustificationem: quod adversatur definitioni Concilii affirmans assertum opera naturalia ordinis naturalis esse dispositiones positive concurrentes ad primam gratiam auxiliantem: minor probatur: nam quaelibet dispositio positiva proxime, vel remote concurrens ad productionem, vel receptionem alicuius formae vere et proprie dicitur illam inchoare, et producens huiusmodi dispositionem aliquomodo inchoans effectum ad cuius receptionem ordinatur ubique, sicut agens naturale producens primam dispositionem ad generationem ignis inchoat in fieri eiusmodi generationem, non alia rae nisi quia primam dispositionem ad illum introducendum efficit: ergo si liberum arbitrium viribus naturae eliceret opus pure naturale positive disponens ad primam gratiam auxiliantem, non a gratia praeveniente sumeretur simpliciter exordium iustificationis, seu spiritualis generationis, sed ab ipsa virtute naturali, quae sine auxilio gratiae disponeret hominem ad gratiam auxiliantem, et iustificantem. 2°. probatur ex eodem Concilio ses 6 cap 5: ubi definitur exordium iustificationis esse vocationem Dei supernaturalem, qua praedestinati vocantur nullis eorum existentibus meritis: sic asserente: declarat praeterea ipsius iustificationis exordium in adultis a Dei per Xtum Iesum praeveniente gratia sumendum esse, hoc est, ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur: sed si opera bona naturalia viribus naturae elicita essent dispositiones physicae, aut morales posi-

positiue disponentes ad lum grag. vocante, aut auxiliante Deus n' vocaret prædestinatos vocatione omnino gratuita n' præsupponente aliquale meritum saltem de congruo: g. la. gratia vocans, aut auxilians prædestinatos, l. n' præsupponit ex parte hois aliqua opera bona pure nalia positiue disponentia ad eius collaoz: pbo mioz: ad merendum aliquid de congruo n' requiri omnimoda proportio inter actioz meritorium, et præmium, sed sufficit aliqualis congruentia, aut exigentia ex parte merentis, et minimum, quod ipsi debeatur præmium aliqualiter rae congruentiæ: sed eo ipso qd actus pure nales viribus naæ eliciti sint dispoes disponentes disponentes hoi ad lum grag auxiliantis, necessum e ut concedatur huiusmoi actibus exigentia, aut congruitas posiua ad recipiendum grag, cum sit congruum et consonum rae, vt non negetur alicui subto fra, ad quaz se positiue disponit, ideo Dns aduersariorus, Dus quos in præsenti disputamus, homo pactum contriois præsuppositum infusioni grag iustificantis meretur de congruo ipsa gratia, qa seipsum libere, et diposiue se disponit ad recipiendum beneficium dug grag: g. si opera moralia nalia viribus naæ elicita sunt dispositiones posiue exigentes lmo grag auxiliante, aut vocantis, necio eet Deum huiusmoi opera eë cag meritoria saltem de congruo respu grag, quod opponitur dictis Conciliis supera allegatis.

Sº pbr rae theologica deprompta ex doctrina Ang. M. Magistri 12 q. 119 art 6; opus pure naale liberi arbitrii nequit eë dispositio posiua positiue conducens ad illaoz Ii grag auxiliantis, seu l. prædestinaæ effus: gº falsum e opera bona ordinis nalis concurrere p modum dispositionis positiuæ ad lm grag auxiliantis: coa constat, et ans pbr: finis primus cuiuius dispositionis posiuæ e effus, ad quez disponit subtum, vt ipse pt. ex dispositio in quolibet genere spefectr, et finalizetr a forma, ad quaz detrat subtum: sed opus pure naale quantumvis bonum, et pfectum in linea naali n' pt finalizari pme a fra supli: g. n' poterit eë dispositio positiua posiue Deducens ad eius collaoz: mi pbr: id, quod finalizatr pme ab aliqua fra, l. effu supli nario respicit Deum Authorem suplis, vt finem vlmum, et iducere caatr effcue a Deo Authore supli, ex prius effecus, et finis pportionentr quoad ordinem, vt docet Ang. Mag. loco pme relato: sed opera pure naalia n' caantr effcue a Deo authore supli, vt constat, alioquin eent opera ordinis suplis: gº n' respiunt Deum Authorem suplis, vt finem vlmum, et per neque aliquis effus Dei Authoris suplis vt finis proximus.

Confirmatr hec rao: dispositio posiua posiue coaptans subtum ad aliquam fram Dnectr cum illa, et præstat subto dispositio positiuum exigentiam, qua posiue inclinetr, et detratr ad

eius receptiuus: sed implicat vt opera bona moralia elicita viribus naturae connectantur positive cum 1a gratia supernaturali, aut quod praestent naturae exigentiam, qua positive exigat, aut inclinetur ad gratiam: ergo falsum est huiusmodi opera esse dispositiones physicas, aut morales respectu primae gratiae supernaturalis: maior videtur certa. et minor probatur: quia ad supernaturalitatem cuiusuis formae exigitur vt sit quid absolutum a connexione, et positiua exigentia cuiusque effectus pure naturalis, cum ens supernaturale quoniam sit ens supra exigentiam, et inclinationes totius naturae: ergo implicat vt opera naturalia moralia praestent naturae positiuam exigentiam ad formam supernaturalem, cuiusmodi est 1a gratia supernaturalis. Urgetur magis: si opera moralia naturalia positiue disponerent ad 1am vocantem, aut gratiam supernaturalem, sequeretur illam non esse praeuenientem, sed a natura praeuentam, et ipsius pedisequam, cum dispositio praeueniat formam, ad quam positiue disponit saltem 1ae naturae: sed falsum est 1am gratiam auxiliantem esse praeuentam a dispositione libera naturae, vt docet D. Prosper his verbis contra Pelagianos: necessum est vt gratia auferatur, si a libero arbitrio preueniatur.

D. Prosp. 1o contra semipelag.

2a Conclusio.

Non potest catholice affirmari opera bona moralia viribus naturae elicita mereri de congruo 1am gratiam supernaturalem auxiliantem, aut vocantem praedestinatos. Haec conclusio probatur ex Conciliis Arausicano, et Palestino, in quibus praecipitur Pelagio, vt fateatur catholice gratiam non conferri secundum nostra merita; quae propositio vtpote vniuersalis negatiua absolute negat omnem speciem meriti, at consequenter negat opera nostra pure naturalia mereri de congruo 1am gratiam auxiliantem. Secundo constat haec conclusio ex definitione Concilii Tridentini sess. 6 cap. 5 vbi catholice decernitur 1as vocationes, aut auxilium supernaturale, quo adulti vocantur a Deo ad viam salutis aeternae non acquiri ex merito praedestinati, sed pure gratiose et liberaliter his verbis: exordium sanctificationis praedestinati nullis eorum existentibus meritis esse sumendum a diuina vocatione, qua praedestinati nullis eorum existentibus meritis vocantur: ergo 1a gratia vocans, siue auxilians adiectos, a qua praeuenitur iustificationis exordium non cadit sub merito naturali, nec sub merito de congruo. Tertio patet conclusio ex Concilio Arausicano cap. 7, vbi excluditur aperte quodcumque meritum pure naturale respectu 1i effectus praedestinationis, quia opus de congruo vere verum 1am gratiam auxiliantem est bonum conducens aliquomodo ad vitam aeternam: sed per liberum arbitrium operans praecise ex viribus naturae nequit fieri aliquod opus conducens positiue ad salutem vitae aeternae: ergo opera bona viribus naturae elicita non

n̄ merentur de congruo grãq̃ simpl. quę ē 1.ⁱˢ effus prędestinaĩs: maior constat. cũ certũ sit meritũ neq̃ de condigno, verũ etiã de congruo conducere ad consecutiõẽ premij ipsi debiti debito gratitudinis, sine condignitatis: et hoc expresse definiuit Arausicanũ his verbis: si quis p naę vigorẽ boni aliqd. quod ad salutẽ ptinet vitę ęternę posse fieri confirmat, hęretico decitur spiritu: ḡo iuxta versa expressa Concilij liberũ arbitriũ p vigorẽ naę n̄ pōt elicere aliquod opus bonũ conducens, aut p se sine ptinens ad salutẽ vitę ęternę; et sequitur nullũ opus ẽius pure naale pōt eē aliquomodo meritoriũ primi effus prędestinaĩs. quod enĩ ē meritoriũ alicuius effus prędestinaĩs ē aliquid ptinens, et conducens p se sine ad salutẽ ęternã, cũ salus ęterna sit finis prędestinaĩs.

Pbatur nra conclusio rac deducta ex locis sacrę Scripturę: 1.ª graa auxilians prędestinatũ, aut illũ vocans ad viã salutis ęternę, ē simpliciter graa respu naę ... se vt omnes DD. catholici concedunt: sed si opera bona naturalia eent meritoria ipsius etiã merito de congruo, n̄ eet simpliciter beneficiũ gratiosũ respu prędestinati: ḡo implicat 1.ª graã auxiliantẽ cadere sub merito operũ naalium naę ... se: mi pbt.ᵘʳ ex Apost. ad Rom.ⁿ 11. dicente: si a. graa iam non ē ex operibus. alioquin graa n̄ eet. Et pbr rae na id, quod datur aliquomodo in recompensaoẽ alicuius operis n̄ datur pure gratis, sicut exigitur ad conceptũ gratiosi: sed quod confertr ā Deo intuitu meriti etiã de congruo. datr in recompensaoẽ operis honesti: ḡo n̄ ē graa simpliciter.

Cr. magis beneficiũ dictum ... gratitudinis non pure gratis confert, sed ex aliquali debito, ut per se patet, sed certũ est quod bonũ, quod dat intuitu meriti de congruo, licet non det ex ... iustitię stricte sumpta, saltim confert ex gratitudine conferentis, ē operantẽ in bene ...: ḡ non est gratia simpt, ad quã requirit, quod pure gratis conferat.

2.ª Conclusio.

Nulla datur lex infalibilis statuta á Deo de conferenda 1.ª gratiã auxiliante aut vocante hoi facienti quod in se est ex pręcisa facultate naturę. vide si D.ˢ statuerit huiusmoi legem infalibiliter conferende gratię intuitu operũ moralium pure naalium: euiusmoi opera eent aliquomodo meritoria graę auxiliantis, saltim merito de congruo.

Quod damnati á Conciliis adeo aperte vt nec Semipelagiani, nec aliqui Authores Catholici audeant absolute asserere opera naturalia liberi arbitrij esse aliquomodo meritoria gratiae supplis. Hec est probat ex testimonio Concilij Arausicani cap. 6. Vbi Catholica describit gratiam dei auxiliantem ad vitam salutis non esse connexam infallibiliter operibus praecedentibus ex conatibus purè naturalibus hominum quantumvis perfecti his verbis: Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, conantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, pulsantibus misericordiam, id est gratiam Dei conferri divinitus resistit Apostolo dicenti: quid habes, quod non accepisti, et gratia Dei sum, quod sum: Sed ex verbis praefatis aperte excludit Sed divina de conferenda infallibiliter gratia homini facienti, quod in se est ex viribus naturae: et a fortiori affirmare gratiam supernaturalem ex lege divina dari infallibiliter hominibus facientibus, quod in se est ex viribus naturae, ex ipso se opponit Concilij definitioni: probat minor; Concilium in praefato decreto damnat hanc propositionem: gratia, aut misericordia Dei dat divinitus illis, qui conantur facere, quod possunt viribus naturae: et a fortiori damnat et excludit hanc propositionem: gratia Dei ex certa lege et pacto dat conantibus bene operari ex viribus naturae: quia Concilij praefata verba non solum damnant doctrinam Pelagij asserentem primam gratiam dari ex meritis naturae sed etiam propositionem asserentem illam dari infallibiliter secundum misericordiam Dei etiam non attentis legis statutis benignitate Divina.

2° probat ex [illegible] Molina et reliquis eius sequaces, qui contenderunt in deo dari legem certam aut pactum dandi primam gratiam hominibus facientibus quod in se est viribus naturae, et non sunt ausi asserere gratiam supernaturalem conferri ex meritoria actione hominis, alioquin incidissent in heresim saltem Semipel.: Sed ex positione legis certae de conferenda

Conferenda gratia infallibilit hominibus facientibus,
quod est in se viribus naturae, infert naturam gratiam super
naturalem dari jure meritorio saltem merito de congruo: ergo
necessarium est, ut fateantur, vel gratiam supernaturalem dari
hominibus ex merito operum naturalium, vel non dari
in Deo legem aut pactum de conferenda gratia homi=
ni facienti, quod in se viribus naturae: probat minor; eo
ipso quod Deus statueret legem certam de conferenda
gratia infallibilit homini bene operanti secundum
posse naturale, cuius modi lex de collatione infallibi=
li gratiae statueret a deo intuitu bonorum operum naturalium:
i deo erit. secundum adversarios DD. Deus statuat le=
gem de conferenda gratia homini facienti quod est
in se viribus naturae, quae est rationi consentaneum, quod
talis lex statuat in favore hominis bene operantis
secundum posse naturale: sed id, quod dat alicui operanti
in-tuitu boni operis, etiam si conferat supposita lege
et pacto ex parte conferentis, non dat omnino
gratis, sed ex aliquali debito orto ex merito saltem
de congruo: ergo ex positione legis dubiae de conferenda
gratia supernaturali homini facienti, quod est in se
ex viribus naturae, infert naturam opera bona pure naturalia
de facto mereri primam gratiam merito de congruo: et
ideo sequitur authores asserentes huiusmodi legem
dari, aperte docere dogma damnatum in conciliis supra
allegatis: minor patet: quod vero aliqualis meriti,
cuiusmodi est meritum de congruo non requirit omni=
moda proportio cum premio conferendo, sed sufficit
quaedam congruitas se tenens ex parte operis, vel
cuius sit consonum benignitati premiantis ordinare
illud in spem suam: ergo si Deus intuitu operum naturalium videt
esse congruum, et rationi consentaneum conferre
ipsis gratiam supernaturalem, et statuere legem

de illa infallibiliter conferenda. Ex hoc sequitur opera naturalia esse de facto meritoria divinae gratiae saltem merito de congruo, immo ipsam legem divinam de conferenda gratia hominibus sic operantibus esse aliqualiter debitam operibus naturae.

Nec satis facit si respondeant contrarii dicentes Deum non conferre de facto gratiam supernaturalem hominibus facientibus, quod est ex viribus naturae, propter honestatem naturalem, ipsorum operum naturalium, nec intuitu ipsorum, sed ipse movetur ad conferendam gratiam sua misericordia seu lege misericorditer statuta ab ipso propter merita Christi Domini. Non inquam satis facit haec solutio: nam ideo Deus statuit legem de conferenda gratia infallibiliter illis, qui faciunt, quod est in se viribus naturae et inivit pactum cum Christo Domino de illa conferenda, quia ratio expostulat, ut hominibus sic operantibus ex viribus naturae conferat gratiam auxiliarem ad vitam salutis. Si enim quaerat, quare de facto operantibus bene secundum conatum naturalem dat gratiam auxiliarem ex meritis Christi, et statuit legem certam de illa infallibiliter conferenda, et non dat legem certam de collatione gratiae homini non facienti quod in se est ex viribus naturae, non poterit reddi alia ratio nisi quia bene operantes faciunt, quod in se est, et male operantes non faciunt, quod in se est viribus naturae: ergo propter naturalem honestatem bonorum operum, et intuitu ipsorum Deus constituit legem illam, quam fingunt adversarii de conferenda gratia infallibiliter homini facienti, quod in se est viribus naturae, et idcirco eiusmodi opera de congruo merentur gratiam auxiliantem, quod videtur haereticum et damnatum a conciliis supra allegatis.

Quaeritur: ut absolute dicatur beneficium aliquod conferri ex aliquali merito de congruo, non requiritur, ut opus meritorium secundum se habeat proportionem, aut condignitatem ad illud merendum, sed sufficit, ut conferens beneficium attendat

ad condignitatem huiusmodi operis, et illud benigne
acceptet statuendo legem et pactum de conferendo bene-
ficio suo conditione talis operis: quod etsi opera naturalia
hominis facientis quod est in se [illegible] propter negationem
proportionis cum gratia supernaturali, aut omnimodae con-
dignitatis, non sint meritoria merito de condigno; si-
tamen Deus sua lege aut pacto vult illa acceptare ad obtinen-
dam gratiam supernaturalem, necesse est, ut concedat huiusmodi
operibus aliqualem meritum seu gratiam illis infallibiliter corres-
pondentis ratione legis seu pacti, et congruitatis, et consequenter
ex suppositione, quod Deus statuat legem de conferenda gratia
sub conditione bonorum operum naturalium, sequitur talia opera
esse aliqualiter meritoria gratiae supernaturalis saltem merito
de congruo, ac proinde sibi ipsis in terminis contradicunt
authores asserentes Deum promulgare legem certam de
conferenda gratia illis, qui bene operantur solum viribus posse
naturale, et insuper negantes opera pure naturalia non
esse aliqualiter meritoria gratiae supernaturalis saltem me-
rito de congruo.

Sed constat: nam solummodo in opere meritorio
de congruo, cuius [illegible] meritum fundatur justitia stricte
sumpta, requiritur omnimoda condignitas aut proportio cum
praemio conferendo independenter a pacto aut benignitate
praemiantis. Tum etiam, quia secundum duas sententias probabiles, Scoti,
et aliorum, gratia justificans hominem non habet intrinsecam con-
dignitatem ad merendum gloriam ratione suae intrinsecae entitatis,
sed ratione ordinationis, aut legis divinae, qua Deus illam
acceptat ad merendum gloriam. Tum denique: quia si filius uni-
genitus Regis Hispaniae ob sua merita obtineret a patre ut
statueret legem ordinariam, ut quoties homines sui Regni fa-
cerent aliqua opera civilia consequerentur infallibiliter gra-
tiam aut titulum honoris seu nobilitatis, nullus dubitat
quin homines sic operantes saltem de congruo mererentur in-
signia nobilitatis merito fundato in congruitate operum, et in
lege promulgata a Philippo: quod ut aliquod beneficium de facto
conferatur ex merito de congruo, nil requiritur praeter congrui-

congruitate ex parte operis, et legem aut pactum ex parte conferentis. Cum igitur Adversarij concedant esse congruum, et consentaneum, ut Deus conferat infallibiliter gratiam supernaturalem hominibus bene operantibus solis diu totis suis esse naturale, et legem statuat de illa infallibiliter sub conditione ponenda operum naturalium, oportet ut concedant opera pure naturalia esse de facto meritoria gratiae saltem aliquali merito, talisque modi est meritum de congruo; et consequenter promulgantes huius modi legem debent pro consequenti promulgare contra concilia et SS. PP. gratiam esse aliquo modo debitam operibus naturalibus.

Corollaria apprime necessaria ad intellectum huius dubij proponuntur, et probantur.

1.um Corollarium: opera bona pure naturalia elicita vigore naturali liberi arbitrij hominis lapsi eius naturalis honestas, non habent rationem dispositionis etiam negativae repugnantiae auxiliantis, si loquamur de dispositione negativa infallibili, aut infallibiliter connexa cum gratia supernaturali. Probatur: quia dispositio negativa infallibilis, cui infallibiliter correspondet gratia ad illam secuta, est dispositio tollens, seu removens omne impedimentum obstans receptioni formae ex parte subjecti: sed homo viribus naturalibus absque assistentia gratiae Dei non potest tollere omne impedimentum obstans receptioni gratiae supernaturalis: ergo nec viribus naturalibus sine gratia potest poni ab homine lapso dispositio negativa infallibilis, seu infallibiliter connexa cum gratia supernaturali. Probatur minor: impedimentum obstans receptioni gratiae ex parte hominis est peccatum vel actuale vel originale: sed constat per se homini viribus naturalibus sine assistentia aut auxilio divinae gratiae nullatenus posse tollere peccatum nec actuale, nec originale nec vitare collective omnia venialia: ergo nec se disponere dispositione negativa infallibili ad gratiam auxiliantem: unde ut D. Angelicus docet ad Hebr. lectione ... hoc ipsum, quod homo non ponit obstaculum gratiae est ex gratia Dei.

Ex hoc patet ad 2.do quod Angelicus M.r in 3 contra

Lenty asserit abte ee in potestate liberi arbitrij impedire De gratiae receptione, vel non impedire. Loquit[ur] non de libero arbitrio naturae integrae, cuiusmodi fuit liberum arbit[rium] primi Parentis ante peccatum, in quo fuit integritas pro=veniens a justitia originali supernaturali. Unde nunquam verificat[ur] h[ominem] viribus purenaalibus posse a se tollere omnia impedimenta, quae homo constituit quasi indignus Dei gratiae. Et idcirco potest dici, quod homo in statu naturae lapsae, quando etiam in peccato originali aut actuali se exercet in operibus bonis naalibus abstinendo se a peccatis noviter committendis: in hoc casu licet viribus naturae non tollat per se meritum bonum operis naalium impedimentum ante obstans receptioni gratiae Dei, et idcirco non ponat dispositionem negativam infallibilem ad consecutionem gratiae supernaalis, ponit tamen ex parte sua quandam congruitatem negativam, qua homo sic se gerens non constituit abte absolutum ab omni impedi=mento obstanti receptioni gratiae Dei, sed solummodo dicit quod respective ad hominem nedum existentem in peccato verum etiam committentem nova peccata, et omittentem opera bona naalia, ille qui bene operat[ur] viribus naturae est minus indispositus ad receptionem gratiae Dei, sed indignus divini auxilij. Unde opera pure naalia quantumvis per=fecta in homine lapso non praestant ipsi dispositionem negativam infallibilem ad gratiam supernaalem, sed tamen modo praestant ipsi ee minus indispositum, seu minus indignum, quam qui nullum bonum opus exercet. 2° Colligit[ur] ex dictis vera intelligentia illius axiomatis communis: facienti, quod est in se Deus non denegat gratiam, in quo fundavit contrarij ad asserendum gratiam primam auxiliantem infallibiliter conferri homini facienti quod est in se viribus naturae. Propositum igitur axioma debet intelligi non de homine faciente quod in se est viribus naturae puris, sed de homine facienti quod in se est viribus, et assistentia gratiae auxiliantis in hoc sensu quod facienti quod in se est viribus, et motione gratiae Dei Deus non denegat gratiam ulteriorem, scilicet gratiam habitualem, quae explicatio ex pro se tradit D. Thom. in Rom. c. 10 Lect. 3.

his verbis: hoc ipsum, qd homines faciant qd inse est, ex Deo est movente corda eorum in bonum: idem docet Aegid. Praep. q 2 quaest. Log art. 6. ad 23.: cum dicitur homo facit qd inse est, dicitur hoc de potestate hominis secundum qd est motus a Deo. Ex explicationem hanc illud axioma intelligendum est de facienti qd inse est viribus gratiae seu virtute motionis auxilij divini, et non de homine praecise operante viribus naturae sine asistentia gratiae Dei.

Confirmatur haec explicatio: quia illud axioma absolute affirmat qd homini facienti qd inse est Deus confert gratiam, seu illam non denegat; sed falsum est Deus infallibiliter conferre gratiam omnibus, qui faciunt qd inse est viribus naturae sine inspiratione gratiae Dei: ergo illud axioma debet intelligi de homine operante cum adiutorio Dei gratiae auxiliantis. Probatur minor: nam ille, qui operat secundum, deum totum suum conatum naturalem absolute facit qd inse est viribus naturae, vg ille, qui vult, desiderat, vigilat, laborat, quaerit, pulsat &. cum in his actibus consistat totum posse naturae hominis ex viribus naturae: sed Deus non confert gratiam infallibiliter his actionibus, eum non orantur a gratia auxiliante, ut constat ex verbis Concilij Arausicani supra allegatis, qui asserit: sine gratia Dei non conferri misericordiam Dei hominibus volentibus, desiderantibus, petentibus, vigilantibus, pulsantibus. imo affirmat huius modi actus in nobis causari per asistentiam Dei: ergo falsum est Deum non denegare gratiam homini facienti aut operanti viribus naturae, et circo solummodo confert infallibiliter gratiam illis, qui faciunt qd est inse viribus gratiae auxiliantis. Explicatur magis haec intelligentia: nam tunc facit absolute homo qd inse est ut requiritur ad infallibilem allationem gratiae, quando operat cum omnimoda rectitudine observando omnia praecepta saltim legis naturalis; sed homo in statu naturae lapsae non potest viribus naturae sine auxilio gratiae operari cum omnimoda rectitudine observando omnia praecepta legis naturalis: cum iuxta communem doctrinam Theologorum homo lapsus non possit viribus naturae diligere amore efficaci Deum auctorem naturae super omnia, nec elicere actus difficillimos virtutum moralium naturalium, nec vincere efficaciter vehementes tentationes inducentes ad peccandum ergo homo viribus naturae non potest facere qd inse est, ut requiritur, ut Deus illi non deneget gratiam, et idcirco gratiam Deus solummodo confert illis, qui faciunt, qd est inse ex adiu-

divini divini auxilij = ex quo infert, qd qdo dicit liberum arbitrium ... a re qd est prima disponendo animam ad receptionem gratiæ, non exCludit necessitatem Divini auxilij, a quo mouetur ad sic operandum, sicut cum dicitur ignem exsicare, calere non exCludit necessitas motus Cælestis, quo movetur ignis ad calefaciendum ... docet Dthus quodlib 1 ad 7, et in 2 ad sensibilium distinctione 29 art. 4 ad 3.

Proponunt, et Soluunt difficiliora argumenta Contra nostram Conclusionem

1. Arguit testimonijs Dthæ persuadendo opera bona pure naturalia Concurrere dispositiue ad gratiam auxiliantem seu ad primum effectum prædestinationis: nam illud dicitur concurrere dispositiue ad receptionem alicuius formæ, qd disponit, et præparat positiue subiectum ad illam recipiendam, sed liberum arbitrium hominis prædestinati præstat per Vires naturales homini dispositionem præparantem animam ad receptionem primæ gratiæ seu primi effectus prædestinationis: ergo per opera naturalia dispositiue concurrit ad recipiendum beneficium primæ gratiæ. Maior constat, et minor probatur ex Dtha, qui in 1 Dist. 41 quæst. 1 art. 3 ad 2 docet, qd licet ... primi effectus prædestinationis, ipsi gratia liberaliter conce... adeo nondet... meritis proprijs ..., tamen ex parte recipientis præsupponit huiusmodi gratiæ quædam dispositio: sed huiusmodi dispositio non Causatur a gratia super naturali, sed Viribus naturalibus liberi arbitrij, cum sit dispositio ante primam gratiam, cuiusmodi est primus effectus prædestinationis, ad quem non præsupponitur aliud donum prius ordinis super naturalis: ergo ex mente Dthæ liberum arbitrium ponet actum naturalem dispositiue Concurrentem ad primam gratiam auxiliantem, licet non ponat actum actum meritorie Causantem ipsam.

Confirmat 1º illic testimonio Dthæ, qui 2º Sentent. Dist. 5. quæst. 2 art. 1 docet qd ad eliciendum actum conuersionis sufficit liberum arbitrium, qd per hunc actum se præparat, et disponit ad habendam gratiam: ergo ex Dtha liberum arbitrium Viribus naturæ ponit actum dispositiue conuertentem ad primam gratiam auxiliantem.

2º Confirmat ex Dist. 23. quæst. 1 art 4.

Art. 4 in corpore. Vbi D. Thom. docet liberum arbitrium viribus naturae posse per actus naturales se disponere, et praeparare ad gratiam his verbis: Sicut enim natura humana se habet in ipso materiali ad gratiam, ita actus virtutum moralium se habent ut dispositiones materiales ad ipsam. Vnde non exigitur ad hoc ut homo se disponat, et praeparet ad gratiam aliquod aliud lumen gratiae praecedens. Quibus verbis videtur expresse docere actus pure naturales liberi arbitrii esse dispositiones in genere causae ad gratiam, quamvis illam non causent meritorie. ===
Idem docet D. Thom. quodlib. 1 art. 8. ad 2um. Vbi docet: naturalem dilectionem, qua Deus diligitur super omnia, quod aliquis illam vult summo, et perfecto gradu esse summam perfectionem ad gratiam habendam. Sed dilectio naturalis qua diligit Deum naturaliter super omnia est actus elicitus viribus naturae, alioquin non esset actus naturalis: ergo liberum arbitrium potest viribus naturae elicere actus bonos naturales positive disponentes aut praeparantes ad gratiam recipiendam =

2o arguitur ratione: nam dispositio positive disponens aliquod subiectum ad receptionem alicuius formae, solum non concurrit ad causandam formam in genere causae materialis; sed non repugnat actui naturali concurrere positive in genere causae materialis ad receptionem formae supernaturalis, cuiusmodi est prima gratia auxiliaris: ergo nobis non suppetit ratio, aut fundamentum merito ad negandum operibus naturalibus vim dispositivam ad receptionem gratiae supernaturalis. Maior constat, et minor probatur quia licet repugnet entitati pure naturali esse principium proprie effectivum effectus supernaturalis quia in ratione causae effectivae requiritur proportio causae cum effectu, non tamen repugnat entitati naturali esse causam materialem formae supernaturalis, ut patet de facto in entitate animae rationalis, et in reliquis subiectis naturalibus, quae immediate recipiunt formas supernaturales, et idcirco illas materialiter causant, nam causa materialis causat recipiendo, et sustentando: ergo licet actui naturali liberi arbitrii repugnet effective causare gratiam supernaturalem, non tamen ipsi repugnabit concurrere in genere causae materialis ad illius receptionem, et idcirco nec esse dispositionem materialiter tantum concurrentem, et praeparantem ad gratiam recipiendam.

1o Confirmatur: nam ideo a nostra doctrina actus bonus pure naturalis liberi arbitrii nequit esse

te dispositio positive concurrens ad gratiam supernaturalem quia quælibet dispositio disponens subiectum debet esse eiusdem ordinis cum forma, ad quam disponit, et ipsi parat subiectum; sed hoc loquendo universaliter est falsum: ergo ratio probativa nostræ conclusionis ruinoso nititur fundamento. probatur minor: nam accidentia materialia, quæ de facto disponunt materiam ad receptionem animæ rationalis non sunt eiusdem ordinis cum entitate huiusmodi formæ, sed diversi et distincti ordinis, cum huiusmodi accidentia sint entitative corporea, et anima intellectiva sit forma pure spiritualis, quia sicut proportionabiliter dicis carendi gratia, et cætera dona supernaturalia sunt entia ordinis superioris ad ens pure naturale, ita forma pure spiritualis est superioris ordinis cum quovis ente pure materialis aut corporeo, cum spirituale sit supra corporeum, sicut supernaturale supra naturam: ergo universaliter non requiritur quod dispositio positive et materialiter disponens ad aliquam formam sit eiusdem ordinis cum ipsa, alioquin dispositio pure materialis nullatenus posset disponere ad receptionem formæ pure spiritualis.

2º confirmatur: quia et si concedatur actum bonum pure naturalem non esse dispositionem positivam proximam ad gratiam supernaturalis, non tamen negandum est illam non esse dispositionem remotam ad recipiendam gratiam: ergo falsum est nostrum assertum affirmans actus naturales liberi arbitrii non esse dispositiones positivas nec proximæ, nec remotæ disponentes ad receptionem gratiæ: probatur: nam quemadmodum forma supernaturalis ratione supernaturalitatis excedit vim dispositivam subiecti naturalis, ita actus quoad substantiam supernaturalis excedit facultatem effectivam causæ effectivæ naturalis, sed licet in potentia naturali effectiva non detur virtus activa proxima ad proxime efficiendum, aut eliciendum actum supernaturalem, tamen ipsi conceditur activitas remota aut mediata ad huiusmodi actus, ut patet in intellectu, qui se habet ut causa remota visionis beatificæ, et in voluntate, quæ mediate, et remote causat dilectionem supernaturalem, ut ipse patet: ergo quamvis actus naturales liberi arbitrii non sint dispositiones proximæ ad gratiam supernaturalem, poterunt tamen esse illius causæ dispositiones remotæ, quod totum videtur intendi a contrariis.

Ad hæc argumenta respondetur, et 1º respondendum est testimonijs Patrum, quæ videtur impug

impugnari una sententia. In cujus evidentia est testimonium de Ferrariensis lib. Sent. Dist. 41 qu. 1. art. 3. respondet quod D. Thom. asserens ex parte liberi arbitrii quandam dispositionem aut effectum praedestinationis non debet intelligi de gratia vocante aut auxiliante, qua Deus gratiose auxiliatur praedestinatis in ordine ad salutem aeternam, de qua in praesenti loquimur; sed Ang. Doctor in praesenti loco, et in reliquis testimoniis, in quibus concedit hanc dispositionem ante ad gratiam Dei intelligendum est de gratia habituali, qua praedestinatus justificatur, et non de gratia auxiliante: nam ut constat ex contextu, D. Thom. ibi idem nullam mentionem facit de gratia praeveniente seu de gratia auxiliante sed de gratia simpliciter justificante, vocatur cujus nobis debetur gloria jure meritorio: unde dum hujus gratiae concedit antecedentiam dispositionis, quae voluntas una ut auxiliata gratia actuali, aut auxiliante, ellicit opera disponentia ad receptionem gratiae habitualis, quam propterea recte docet D. Thom. ad effectum praedestinationis, cujus modi est gratia justificans, dari ex parte subjecti recipientis quandam dispositionem, licet non det ex parte ipsius aliquomodo aliquam gratiae causam meritoriam. Nec urget contra hanc solutionem, si dicat D. Thom. locutum fuisse de primo effectu praedestinationis, et circa illum non intelligi de gratia habituali seu justificante, cum haec non sit simpliciter primus effectus praedestinationis, sed gratia auxilians seu praeveniens. Non, inquam, urget haec objectio quia D. Thom. ibi vocat gratiam habitualem primum effectum praedestinationis non in executione, cum certum sit fidem, et reliqua auxilia ad ipsam disponentia esse priora in executione, unde gratia habitualis vocatur a D. Tho. primus effectus prioritate dignitatis, seu in intentione, quia inter effectus ellicitos praedestinationis, gratia habitualis habet principaliorem locum cum per illam immediate constituatur praedestinatus meritorius gloriae. Unde si comparet reliquis auxiliis supernaturalibus illi praesuppositis dicit illam esse priorem ordine dignitatis et intentionis, et cum gloriae, ad quam meritorie concurrit, est tamen prior etiam in executione. Unde in hoc sensu D. Thom. appellat gratiam habitualem primum effectum praedestinationis, et concedit illi prioritatem perfectionis cum dispositionem supernaturalem antecedentem, et prioritatem in executione cum glo-

Ad 2um solum D. Thom. respondetur quod ut constat ex textu, Ang. Praeceptor ibi solum intendit, quod actus conversionis in bonum quo liberum arbitrium se disponit et praeparat ad gratiam habitualem, non exigit praecedere ab alio dono priori gratiae habitualis, sed ad eius elicientiam sufficere liberum arbitrium, ut auxiliatum gratia actuali aut auxiliante: nam quamvis unquam D. Thom. affirmat liberum arbitrium sufficere ad eliciendum actum disponentem ad gratiam habitualem nullatenus excludit indigentiam gratiae actualis aut auxiliantis; sed tantum affirmat non esse necessariam aliquam gratiam habitualem priorem gratia iustificante, quae informant actus liberi arbitrii ut sint simpliciter meritorii vitae gloriae: quae solutio consonat doctrinae D. Thom. quodlib. 1. art. 8 ad primum his verbis: dicendum quod per hoc, quod dicitur quod hominis est praeparare se ad gratiam, per liberum arbitrium non excludit necessitatem divini auxilii.

Ad 3um Confirmationem respondetur: D. Thom. non esse intelligendum ita ut intendat liberum arbitrium per exercitium actuum moralium virtutum naturaliter elicitum posse se disponere positive ad gratiam habitualem, cum solummodo affirmet, ut patet ex contextu, non exigi ad hoc ut homo se disponat, et praeparet ad gratiam aliud lumen gratiae praecedens, vel tantummodo excludit donum gratiae habitualis. Unde quando Ang. Praeceptor dicit actus virtutum moralium habere se ad modum dispositionis materialis ad gratiam supernaturalem non debet intelligi stricte, et proprie de dispositione positiva positive praeparante subiectum ad infallibiliter recipiendam gratiam; sed intelligendum est de dispositione congruentiae negativae, quae non constituit subiectum receptivum aptum, aut positive determinatum ad recipiendam illam, sicut exigit ad veram et propriam rationem dispositionis positivae; sed tantum praestat ipsi esse minus impeditum, aut minus indignum gratiae Dei: nam homo continuo se exercens in actibus virtutis moralis naturalis exercitio huiusmodi actuum sedant passiones sensitivas, quibus natura humana inclinat ad peccandum contra rationem naturae, et idcirco homo ponendo huiusmodi actus non inducit novum impedimentum aut obstaculum obstans infusioni gratiae Dei, et idcirco huiusmodi actus dicuntur habere modum dispositionis negativae. Unde D. Thom. advertenter non vocat actus

actus naales dispositiones naales simpliciter, sed tantum ni
affirmat illas habere modum dispositionis negativae quatenus
liberant subiectum receptivum gratiae nobis impedientis licet
non tollant simpliciter impedimentum gratiae sicut requiritur
ad veram et propriam dispositionem positivae connexam cum gra-
tia, et etiam ad rationem dispositionis negativae perfectae. =

Ad ulti-
mam obiectionem innixam authoritati D. Thomae, in qua videtur Ang. Prae-
ceptorem docere actum dilectionis naalis, qua voluntas viribus
naae diligit Deum super omnia esse summam praeparationem
ad habendam gratiam: respondet: quod eiusmodi dilectio,
quando pertingit ad summum gradum dilectionis Dei super omnia
in doctrina D. Thomae non elicitur viribus naae sine speciali
adiutorio Dei gratiae praevenientis aut auxiliantis, et idcirco
dilectio naalis non ratione sui disponit, et praeparat ad gra-
tiam iustificantem, sed ratione auxilii supernaalis, quae nequit
elici absque speciali auxilio Dei gratiae, ac proinde falsum
est liberum arbitrium hominis lapsi posse viribus naae sine
gratia auxiliante elicere aliquem actum positive disponen-
tem ad receptionem gratiae habitualis: et advertat praefa-
ta argumenta, et reliqua dicta, quae adducunt a contrariis
ex doctrina D. Thomae solummodo persuadere infusioni gratiae
habitualis seu iustificantis praesupponi ex parte liberi ar-
bitrii actus liberos disponentes homines ad receptionem Dei gra-
tiae missivae peccati antis, et idcirco: ex huiusmodi argu-
mentis non deducit intentum adversariorum, qui Catholice
non potuerunt hactenus praetendere liberum arbitrium viribus
naae posse positive disponere ad suam iustificationem, ac
proinde tantummodo ausi sunt asserere primam gratiam auxi-
liantem, qua Deus misericorditer vocat aliquem praedestinatum,
praesupponere dispositive actus bonos naales liberi arbi-
trii, quod nullatenus asserit D. Thomas, qui toties quoties asse-
rit in libero arbitrio actus aliquomodo disponentes ad gra-
tiam, aperte loquitur de gratia habituali, et ex suppositione
quod Ang. Praecep. loquatur de gratia habituali remissiva
peccati nemo rationabiliter potest asserere illum docere
liberum arbitrium viribus naae posse elicere actus pure naa-
les positive disponentes ad recipiendam gratiam iustificantem,
cum ipse quodlibet. art. aperte docet: esse errorem Pelagia=

hyrethicum dicere liberum arbitrium per vires naturales sine gratia auxiliante posse disponere ad gratiam: his verbis: Unde ad errorem Pelagianorum pertinet dicere: quod homo possit se praeparare aut disponere ad gratiam absque auxilio Divinae gratiae. nec ulla tenus est praesumendum Ang. Doctorem facere sententiam Pelagii inter cuius errores ipse enumerat assertum affirmans liberum arbitrium viribus naturae sine gratia auxiliante non posse ellicere aliquem actum naturalem positive et vere disponentem ad gratiam iustificantem.=

Proquo advertendum est quod Ang. Doctor quod alicubi asserit liberum arbitrium se disponere libere ad gratiam per actum liberum naturalem, non intelligit per actum naturalem dispositionem aliquam liberam procedentem a libero arbitrio viribus naturae sine adiutorio auxilio supernaturali, sed eiusmodi actus disponentes ad gratiam vocat naturales quatenus sunt actus liberi et voluntarii cadentes sub dominio liberi arbitrii: quod et si voluntas non possit ellicere eiusmodi actus sine gratia praeveniente aut auxiliante, non tamen coacte aut violenter ellicuntur, sed voluntarie et libere cum auxilium Dei gratiae non moveat voluntatem ad operandum coacte aut involuntarie, sed adiuvet ipsam ad libere et voluntarie se disponendum: Unde actus liberi arbitrii praeponentes et disponentes ad gratiam mediante auxilio supernaturali dicuntur naturales non naturalitate opposita supernaturalitati actus procedentis a gratia supernaturali auxiliante, sed naturalitate opposita violentiae, aut coactioni, aut involuntario=

Vel potest dici motus liberi hominis disponentes positive ad recipiendam gratiam divinae naturales quatenus non producuntur ab anima ut supernaturalisata participatione naturae Dei, sicut a qua licet praesupponant ex parte principii ellicitivi gratiam actualem seu auxiliantem, non tamen praesupponunt naturam Dei participative communicatam, sicut opera meritoria procedentia ab anima ut sanctificata gratia iustificante cum gratia habitualis sit natura Dei participative.=

Ad 2um argumentum, quo ratione impugnat nostra conclusio, respondet concedendo

maiore, et negando min. intellectum de ca naali dispositiva, ad cuius probationem distinguit ma: entitati naali non repugnat ee cam naalem fre supnaalis si intelligat de ca naali pure subiectiva, et obedientiali, concedo ma. si de ca naali positive disponente aut preparante subiectum ad receptionem fre supnaalis, nego maiorem, et consequentiam, quia et si entitati pure naali non repugnet pota passiva obedientialis ad fre supnaalis, et ideirco subiectum naale possit ab obedientialiter subiici fre supernaturali tamquam ca naalis subiectiva obedientialis receptiva ipsius, non tamen alicui entitati aut actui pure naali potest competere ee ratione qua positive disponente subiectum quod naale ad receptionem fre supnaalis, quia quaelibet dispositio positive disponens et preparans subiectum receptivum ad recipiendam fram prestat subiecto disponibili quandam determinationem et coaptationem ratione cuius positive exigat illa recipere, et ideirco debet ee aliquid positive connexum cum fra recipienda, si enim non prestat subiecto receptivo eius modi exigam, et determinationem positivam ad fram relinqueret subiectum in sua potentialitate pure obedientiali, quae consistit precise in non repugnantia ad receptionem fre, et consequenter non disponeret illud, et prepararet positive, sicut exigit ad receptionem dispositionis naalis positive, cum igitur actus pure naalis non sit aliquid positive connexum cum gratia supnaali nec prestans subiecto naali aliqua determinationem, exigentiam, aut inclinationem, vel propinquitatem ad positive recipiendam auxilium gratiae supnaalis, quae sua supernaturalitate excedit totam, et est supraelevata exigentiam cuiusvis actus naalis: hinc sequitur: nullum actum pure naalem posse ee dispositionem naalem positive disponentem animam ad recipiendam fram supnaalem, quamvis concedat creaturam seu eundem se ee receptivam gratiae et caeterorum donorum supnaalium.

Ad 2. confirmationem respondet concedendo ma. et negando min. ad cuius probationem respondet: anima rationalis relinquitur

Secundum se non obstante eius spiritualitate et forma incompleta, verse ordinata ad compositionem naturalem compositi humani, et idcirco principium naturale generans hominem potest producere dispositionem positive disponentem et praeparantem materiam receptivam animae rationalis ad illam recipiendam, cum agens naturaliter productivum alicuius compositi naturaliter efficiat dispositionem requisitam ad introductionem formae constituentis ipsum. Verum negandum est, formam spiritualem incompletam, et partialem constitutivam compositi humani esse simpliciter superioris ordinis quam dispositionis corporeae, sicut est supernaturalis quam dispositionis naturalis: quia licet anima rationalis sit superioris perfectionis quam corporea, non tamen est omnino et simpliciter superioris ordinis quam ipsum, cum contineat intra ordinem formarum naturalium ipse exigentium unionem cum corpore, et idcirco illi convenit esse corporeum formaliter eminenter, atque quatenus ab illa praestat corpori esse corporeum. Unde dispositio corporea causata ab agente naturali potest disponere positive ad eius unionem aut receptionem: ex quo patet disparitas: quia forma supernaturalis non solum est superioris perfectionis quam actus naturales, verum etiam simpliciter superioris et excedentis ordinis, quia eius supernaturale est supra exigentiam et proportionem positivam cuiuscumque entis naturalis quantumvis perfecti, et consequenter nullus actus pure naturalis potest positive exigere unionem formae supernaturalis quamquis de facto corpus possit naturaliter acquirere dispositionem corpoream ad unionem formae spiritualis incompletae, cuius connaturale subiectum est corpus, seu materia dispositionibus corporeis affecta =

2.º potest responderi res corporeas et spirituales spectare ad compositionem integralem naturalem universi: unde forma spiritualis infima inter substantias spirituales, cuiusmodi est anima rationalis quoad unionem potest causari dispositive ad dispositionem corpoream, qua disponit corpus ad eius naturalem receptionem, quia in ordine universi supre=

supp. mu. infimi, cujus rō est corpus completum completione humana, qd int. res corporeas est supremum, potest attingere unitive per modum subti proportionati infimum supremi, et similiter substantias spirituales, que sunt partes supreme totius universi. Fra spiritualis incompleta nimirum anima rationalis sit infima, hinc sequit. dari exigentiam dispositionem corpoream ad ejus receptionem, et consequenter hujusmodi Fram non simpliciter extraordinem rerum corporearum: Ex quo patet solutio ad objectionem propositam, nam Fra supnaalis, cujus rō est donum Dei gratie nullatenus spectat ad naalem integritatem universi, et idcirco adeo excedit, et superat ordinem naam, ut nullo pacto possit exigi formaliter, nec dispositive ab aliquo actu purnaali =

Ad 2am confirmationem respondet negando ant., ad cujus probationem respondet concedendo tam efectum naalem mediatam, aut remotam activitatem ad efficiendum efectum supnaalem, ex quo nullatenus potest deduci actum pure naalem esse dispositionem positivam remotam positive disponentem ad formam supnaalem: quia ut ipsa efectiva naalis dicat efective remote causare actum supnaalem non requirit ut influat in hujusmodi actum propria, et naali virtute naali, sed qd obediensialiter elevet a fra activa supernaali propter talem ipsi totam virtutem proximam ad supnaaliter operandum: Ex quo patet disparitas ad instantiam allatam: nam quelibet dispositio positiva disponens subtum quamvis sit dispositio remota et non ultima aut proxima ra fre, aqua disponit ratione sui ipsius, conceditur in genere tam dispositivum ad receptionem talis fre cum dispositio remota licet in executione precedat ultimam dispositionem, non comparetur ipsi ut dispositio separabilis ad dispositione elevante in eodem ordine nam per positionem dispositionis remote inchoatur realiter, et in fieri positio dispositionis ultime, et consequenter dispositio remota est ejusdem ordinis cum ultima dispositione =

2o Argui contra 2am conclusionem

per suadendo opera pure naturalia posse mereri de congruo
Deum gloriae, quia ad merendum de congruo non requiritur proportio
aut aequalitas inter meritum et praemium, sed sufficit quaedam
congruitas ex parte operantis, ita ut sit consonum benignitati
praemiantis conferre beneficium intuitu ipsius; sed etsi opera
pure naturalia liberi arbitrii non sint aequalis valoris cum
gratia supernaturali nec proportionata ipsi, in ipsis tamen reperi-
tur aequalis congruitas ratione cuius videtur consonum benig-
nitati Dei gratiam conferre intuitu ipsorum, cum sit rationi con-
gruum ut Deus non deneget suam gratiam bene operantibus se-
cundum suum posse naturale, quia liberum arbitrium licet viribus naturae
non possit efficere opera naturalia de condigno meritoria
gratiae supernaturalis, poterit tamen efficere opera ordinis naturalis
et meritoria ipsius saltem de congruo. Maior constat ex diffe-
rentia meriti de condigno, quod est meritum simpliciter, a merito
de congruo, quod solum dicitur meritum aliqualiter seu secundum quid.
et minor cum tota videtur certa.=

Confirmatur a paritate communi;
magis videtur excedere unio hypostatica gratiam habitualem
creatam quam haec opera naturalia liberi arbitrii; cum gratia
unionis hypostaticae includat personam Dei hypostatice unitam
naturae humanae, quod simpliciter est beneficium infinitum et in-
creatum, et quaelibet gratia creata ordinis supernaturalis sit quid
finitum et creatum, ac proinde minus distans aut excedens opera
naturae quam gratia creata ab infinita et increata, cuiusmodi est
gratia unionis hypostaticae a gratia habituali creata; potest
huiusmodi gratia cadere sub merito de congruo hominis opera-
ntis per gratiam creatam, ut patet ex sententia plurium theolo-
gorum asserentium Sanctos Patres meruisse de congruo incar-
nationem per opera supernaturalia procedentia a gratia habitua-
li; ergo a pari non obstante excessu et distantia gratiae super-
naturalis creatae et eius operibus naturalibus poterit cadere sub
merito naturali de congruo liberi arbitrii viribus naturae operantis.
2o Con-
firmatur: nam ex nostra principia idea prima gratia auxiliaris non
potest cadere sub merito de congruo nostri operis naturalis liberi

liberi arbitrii: q. repugnat gratiæ secundum conceptum gratiæ conferri ex merito, vel esse aliquomodo debitam naturæ; sed potest aliquid esse simpliciter gratia et nihilominus conferri de facto ex merito de congruo: ergo quamvis gratia prima auxiliaris sit simpliciter gratia poterit tamen cadere sub merito de congruo tum operum naturalium ut constat. tum q. gratia habitualis, qua iustificat peccator est simpliciter gratia et gratiose collata a Deo, et tamen in probabili sententia actus contritionis, quo peccator ultimo se disponit ad eius receptionem, est meritorius de congruo ne ipsius. tum etiam q. naturæ actus meritorius de congruo non facit sibi simpliciter debitum beneficium collatum intuitu ipsius, sed solum illud, quod confert ex merito de congruo dicitur debitum aliqualiter, et secundum quid, ut patet; sed esse debitum secundum quid non opponitur rationi gratiæ simpliciter, ut patet in instantia adducta de gratia habituali: ergo quamvis prima gratia auxiliaris sit simpliciter gratia potest conferri ex merito de congruo operum pure naturalium.

Ultimo confirmat ex Doctrina, qui in 1. Distinct. 2. q. 1. articulo 4. in solutione ad q. 3 docet ad gratiæ recipiendæ per se supponi ex parte hominis meritum de congruo, his verbis = Deus dat gratiam indignis q. illi, qui sunt peccatores non sunt sufficienter digni Dei gratiæ, sed tamen aliquam habent dispositionem ad recipiendam gratiam, ex quo dicuntur quodammodo ex congruo illam mereri = Ecce Doctrina aperte asserentem in hominibus operantibus secundum vires naturæ dari operationem merentem gratiam aliqualiter seu de congruo =

Ad hoc argumentum respondet: q. et si ad merendum de congruo non requiratur in opere meritorio proportio æqualitatis mathematicæ, vel proportio fundata in omnimoda æqualitate dignitatis, tamen requirit aliqualis proportio positiva, seu proportio quasi geometrica, quæ consistit in positiva habitudine exigentiæ physicæ vel saltem moralis, atqui in opere pure naturali non datur aliqua habitudo exigentiæ positiva qua aliquomodo exigat gratiam, nec gratia est aliquid eius debitum ordinis eius naturæ aut eius operibus, sed simpliciter supra totum ordinem naturæ, hinc sequitur illam nullo pacto cadere sub merito pure naturali, q. meritum secundum se ut abstrahit a merito de co=

de condigno importat quandam positiuam congruentiam proditur respi-
cientis premium, et in illo proportionem, illo saltem loquendo de
proportione ordinis, et consequenter gratia, quae se habeat ad ista
sit opera supernaturalia non perfectione aut dignitate speci-
fica, verum astia genere et ordine nullatenus potest meritorie
exigi ab huiusmodi operibus nec merito de condigno nec de con-
gruo.

Ad 1.am confirmationem respondetur: quod etsi distantia entitati-
ua magis distet gratia increata unionis hypostaticae a gratia
supernaturali creata quam donum creatum gratiae ab opere supernatura-
li: ceterum loquendo de distantia ordinis magis distat natura a gratia
supernaturali creata quam gratia habitualis a gratia unionis hyposta-
ticae, quia tam gratia habitualis, quam gratia unionis sunt ordinis super-
naturalis et conueniunt in ratione communi beneficii gratiosi ordi-
nis, et lineae supernaturalis: opus vero pure naturale non est aliquo modo
eiusdem lineae, aut ordinis cum gratia creata supernaturali, nec conuenit
cum ipsa in ratione doni supernaturalis gratiosi, et idcirco minus conue-
nit proportione ordinis cum gratia creata supernaturali quam haec cum
gratia unionis hypostaticae, ac proinde quamuis concedatur pro-
portio meritoria de congruo inter gratiam habitualem, et gratiam unio-
nis, non hinc sequitur eiusmodi proportio inter opus naturale, et gra-
tiam supernaturalem, quia naturale nullo modo ordinatur positiue ad super-
naturale, sed omnino negatiue se habet ad ipsum: supernaturale vero
imperfectum, cuiusmodi est gratia creata in gratiam unionis sicut
diuinitas participata in diuinitatis personaliter unitae, in
qua consistit gratia unionis hypostaticae positiue et physice ali-
quo modo ordinatur ad eiusmodi gratiam, et idcirco potest merito aliquali
de congruo ipsum mereri. Nec ex maiori distantia entitatiua inter
aliqua extrema sequitur maior distantia, aut improportio ordinis,
aut habitudinis, ut communi instantia concedenda est in ipsis con-
trariis, quia magis distat intellectus creatus lumine supernaturali crea-
to infusus a Deo, quam oculus corporeus ab Angelo, cum maior distantia
entitatiua infiniti a finito quam unius finiti ab altero finito dicitur: sed
certum est dari maiorem distantiam ordinis et habitudinis inter oculum cor-
poreum et Angelum quam inter intellectum illuminatum lumine supernaturali
et Deum, cum Deus sit obiectum proportionate cognoscibile ab intellectu
perfuso lumine supernaturali, et Angelus nullo pacto sit visibilis
ab oculo pure corporeo, ac proinde ex maiori distantia entitatiua
non deducitur maior distantia aut improportio ordinis et habitudinis.

Ad 2.am Confirmationem respondet Concedendo maiorem, et negan-
do minorem intellectam de merito naturae, ad cuius probationem concesso
probabilitate sententiae, quae asserit actum supernaturalem fidei
aut Contritionis antecedentem infusionem gratiae habitualis esse
meritorium de Congruo quoad ipsius, Concessa igitur hac sententia,
respondetur: quod gratia habitualis ideo dicitur simpliciter bene-
ficium gratiosum Dei, quia actum supernaturalem, cui debetur meritorie
de Congruo ellicitur voluntate media elevatione Dei gratiae, et
idcirco in sua prima radice omnino gratis Confert primam gratiam
auxiliantem, qua liberum arbitrium elevatur ad elliciendum actum super
naturalem disponentem illam, et de Congruo merentem eius infusionem;
Unde ut abte, et simpliciter aliquod beneficium sit gratia, requi-
ritur quod nullo modo debeatur naturae secundum se, aut quod radix ipsius
sit omnino indebita naturae, quia igitur prima gratia supernaturalis
non prae supponit ex parte naturae aliam gratiam pure gratiose collatam
a Deo, a qua oriatur, hinc sequitur quod si esset aliqualiter debita
operibus naturae non diceretur gratia simpliciter, quia beneficium quod nec
in seipso nec in sua prima radice non Confertur pure gratiose,
sine intuitu alicuius operis meritorij nequit dici simpliciter
gratia: ex quo patet differentia inter primam gratiam auxi-
liantem, et gratiam habitualem prae supponentem actum supernatura-
lem meritorium de Congruo quae in hoc Consistit quod prima gra-
tia auxilians non solum est simpliciter et abte gratia, verum
etiam est beneficium gratiosum omnibus modis, quia nullum actum
prae supponit ex parte naturae, cui aliqualiter debeatur, et idcirco
pure gratiose Confertur a Deo. gratia vero habitualis etsi sim-
pliciter dicatur gratia naturae quatenus Deus pure gratuito Con-
fert eius principium, et radicem, tamen respective ad opera super-
naturalia, quae ad illam disponunt et Concurrunt meritorie de Con-
gruo non dicitur gratia omnibus modis, quia aliqualiter debetur
de Congruo actibus supernaturalibus iuxta doctrinam illorum, qui asse-
runt motus supernaturales fidei, spei, et Contritionis mereri de
Congruo gratiam habitualem =

Ad ultimam Confirmationem respondetur:
Dictam asserentem Peccatores habere dispositionem aliqualiter de
Congruo merentem gratiam, Loqui de gratia habituali, et non
de prima gratia auxiliante: Unde tantum docet Ang. Prae-
ceptor in loco prae allegato, et in reliquis testimonijs similibus
motus liberos voluntatis procedentes a libero arbitrio Peccatoris
media gratia auxiliante dici aliquo modo mereri de Congruo aut
disponere ad gratiam iustificantem, quod nullatenus opponitur nostrae senten-
tiae

Sententiæ, quæ tantum affirmat liberum arbitrium solum destitutum auxilio gratiæ nulla tenus posse elicere actum nec dispositorie nec meritorie conducente ad gratiam.

Argumenta pro Molina, et eius sequaces nituntur probare primam gratiam auxiliantem, ac infallibiliter connexam operibus naturalibus quando homo facit quod in se est viribus naturæ fundant in duobus testimonijs Sacræ Scripturæ, quorum primum est illud Joannis 1° dedit eis potestatem filios Dei fieri &. et secundum testimonium, quo persuadent dari in Deo legem certam de conferenda gratia supernaturali hominibus facientibus, quod est in se viribus naturæ est illud commune adagium Divi Pauli: Deus vult omnes homines salvos fieri = quæ pro posse oportet breviter respondere sincere explicando huiusmodi testimonia ex intelligentia Aug. Prosper., et Fulgentii Aug., et aliorum Sanctorum:

Igitur ad 1um testimonium, quo asserit Deus dare potestatem hominibus fieri filios Dei per gratiam: respondetur huius modi potestatem, qua homines possunt fieri filij Dei non consistere in hoc, quod homines ex se possint suis operibus naturalibus positive se disponere, ut Deus illis ex certa lege conferat gratiam, et fidem supernaturalem, quia ex doctrina Divi Aug. potestas, qua homines possunt fieri filij Dei per gratiam non habet causam sed ab adiutorio Divini auxilij, quod expresse docet a Divo Aug. lib. contra Pelagij: his verbis: non enim in hoc minus potestate est ut habeant homines potestatem filios Dei fieri ab ipso quippe a Deo acciperunt eam potestatem homines, qui dat cordi humano cogitationes pias per quas homines habeant fidem, quæ per dilectionem operaret. quando dicit in Sacra Scriptura Deum dare potestatem hominibus fieri filios Dei debet intelligi non de aliqua potestate naturali infallibiliter connexa cum gratia ex lege Dei, sed potestate supernaturali gratis collata a Deo, ratione cuius homo constituit apte potens ad disponendum se ad gratiam iustificantem: unde prima gratia præstans homini potestatem ad esse filium est iluminatio supernaturalis fidei: unde ut docet Aug. notant dicit Ecclesia per istam illam potestatem qua homines possunt fieri filij adoptivi Dei dari

dari illis, qui Crediderit in eum: ac proinde multa intelligunt Adversarij illum textum asserendo potestatem, qua homines potuerint fieri filij Dei Consistere in eo, quod homines ex viribus naturae Seclusis posse naturale operibus habeant Deus illis denegare gratiam, quapropter esse filios Dei non est in potestate nostra primario Sed Secundario, idest, non est in potestate nostra praeveniente gratiam sed Subsequente eius assistentiam, nec est in potestate nostra ex viribus naturae operante, sed ut adiuta adiutorio gratiae =

Nec obstat contra hanc explicationem si dicat potestatem Salutis aut aeternitatem ad esse filios dari non solum fidelibus illuminatis gratia fidei supernaturalis, verum etiam infidelibus, quibus de facto non concedit lumen fidei: ergo necessum est ut infideles non habeant illam potestatem ratione fidei vel alterius doni supernaturalis, et consequenter loquendo universaliter de omnibus hominibus solum potest dici illos habere a Deo potestatem filios fieri, quia statuit a Deo Lex certa conferendi infallibiliter omnibus facientibus ex viribus naturae, quod in se est: ans. probatur certum, quia Deus dedit potestatem ad salutem omnibus, quibus possibilis est Salus aeterna, et auxilia sufficientia, quibus possunt salvari: ergo non solum fidelibus verum etiam gentilibus, et infidelibus concedit Deus potestatem fieri filios Dei =

Non, inquam, valet haec obiectio quia loquendo universaliter de omnibus hominibus Deus de facto illis concessit potestatem ad esse filios Dei, et ad salutem aeternam non ex eo, quod habeat legem de conferendo auxilio gratiae illis, qui faciunt ex viribus naturae quod est in se; sed Deus dicitur universaliter omnibus hominibus conferre potestatem fieri filios, quia fidelibus, quibus gratiose contulit lumen supernaturale fidei confert potestatem intrinsecam, qua possunt se active, et libere disponere ad gratiam iustificantem, et ad consecutionem salutis aeternae, et infidelibus, quibus in poenam peccati originalis non confert fides Divina datur eius potestas extrinseca, quia Deus omnibus hominibus offert auxilia sufficientia supernaturalia quatenus Christus Dominus

pro omnibus est mortuus, cuius meriti Deus offert sacramenta, et auxilia sufficientia omnibus qua quibus intrinsece non assistent huius modi auxilia aliquibus hominibus in poena peccati originalis vel actualis =

2º potest responderi ex doctrina Caietani illa verba, nimirum Deus dedit potestatem hominibus filios Dei fieri: debere intelligi de potestate passiva, et non de potestate activa intrinseca, ratione cuius possint homines naturaliter facere dispositionem infallibiliter connexam cum gratia, quae potestas passiva consistit in hoc quod homo ex se ex vi suae creationis est capax fieri filius dei per potentiam obedientialem quae non repugnat ipsi esse elevatum per gratiam, et adeo filium adoptivum Dei, quod advertens intelligit per illud verbum fieri, quod proprie non significat potentiam aut potestatem intrinsecam activam, qua homines active concurrant ad iustificationem independenter a gratia; sed potentiam passivam qua possunt passive recipere gratiam elevantem, et per consequens =

3º Applicatio vera alterius testimonii constat expresse ex nostris Authoribus: nam Deus ea voluntate, qua vult omnes homines salvos facere, non statuit aliquam legem certam de conferenda gratia hominibus, qui faciunt viribus naturae quod est in se, sed solum voluntate antecedenti ordinat universaliter omnes homines ad salutem, ex qua voluntate ut Deus omnibus hominibus offerat auxilia sufficientia ad salutem.

Contra Gen.ᵉⁿ Lt. asserit abte

An Deus sit Causa peccati?

[illegible] peccato [illegible] subjecti [illegible] certum [illegible] peccatorum [illegible] Deus [illegible] subjicit [illegible] peccato [illegible] Divi [illegible] [illegible] in Dei [illegible] capp. 9. Et [illegible] Vero [illegible] quod [illegible] et facit [illegible] quod vero tantum ordinat, peccatorum [illegible] facit [illegible] ordinat, [illegible] et facit et ordinat, [illegible] pulchra [illegible]

Hic [illegible] in peccato [illegible] materiale sit et formale peccati formale est [illegible] et malitia [illegible] in ratione malitiae [illegible] peccati [illegible] materiale est actus [illegible] a voluntate vel imperatus, [illegible] malitiae [illegible] moralis sive ab obiecto, sive a circumstantiis.

[illegible] materiale peccati, sive fundamentum malitiae [illegible] formaliter et [illegible] materialiter et specificative [illegible] est materiale et fundamentum malitiae peccati [illegible] fundamentum [illegible] relationis [illegible] materialis quatenus [illegible] fundamentum est [illegible] relationis [illegible] absolute et materialiter [illegible] fundamentum [illegible] relativi [illegible] specificative [illegible] in linea [illegible] et bonitatem [illegible] formaliter [illegible] relative [illegible] et [illegible]

3.o notare licet [illegible] dari in Deo motionem, unam generalem [illegible] angelis et [illegible] absolute [illegible] per [illegible] se determinet ad [illegible] est bonum verum vel apparens; alteram [illegible] specialem [illegible] specialis [illegible] ad aliquid determinate [illegible] bonum [illegible] in agendo [illegible] ad bonum [illegible] ordinatum.

Verum [illegible] per [illegible] duo genera motionis [illegible] generalis est et [illegible] causis 2.is, 2.o specialis nec venire potest nisi creaturis [illegible] ordinem [illegible] entitatis, [illegible] bonitatis

bonitate transcendentali, alia que tamen ad bonum entis pertinent, et aliquid deformitatem et malitiam moralem que per accidens et ex defectu ... liberè adiungit: quamvis ... precisivè ... ad actum ut ... circums ... ius, et ... ex ... et modum quem recipit ab operante, unde ... moveret ... et ... difformis talis ... extendit se.

Quibus sic stantibus varia plurima que fuerunt a duobus horribilibus Authoribus Calvino, et Lutero infanda dictamina ... liane ... difficultates ... existimaverunt liberum usum arbitrii extinctum esse per originale peccatum, et divinum decretum voluntati Creatæ necessitatem imponere, ut que in mundo libere et contingenter ... dixerunt ... impietate hominem esse ... bona nec mala facere ... à Deo necessitari ad peccandum ... operari in nobis opera mala sicut ... bona voluntate ... vel spontaneè ... o error! o barbaro ... o Sacrilega Verba!

... et eorum impiis sequacibus libertatis nostræ gravissimæ difficultates ... Catholicam et Theologicam ... ut clarissimè ... explicat ... elucidabitur. In 1º error Calvini et Luteri refellitur. in 2º ... quid in peccato Deus causet. in 3º ... morali Dei habeat voluntas Creata ... In 4º ... Catholicorum Autorum ... exponam ... difficultates, et explicabitur concursus Dei qui influit ... peccatum.

Dico 1º et dico ... Deum nullo modo causare peccatum qua tale ... malitia et deformitatis ... voluntate Creata deficiente, et operante difformiter ... hanc ... statuo ... ex decisis et sacro ... et ... authoritatibus. ... in ipsis ... valeat authoritas sacræ scripturæ, et ... catholicorum gravitas, ... veritas illa ... Theologicis ... innititur.

Probatur 1º ... ratione ...

Basilius: sicut ... Deus ... veritas, et infinita sapientia, ita ... summa bonitas et perfecta sanctitas; ... ratione suæ infinitæ veritatis ... mentiri nec fallere, et ratione suæ sapientiæ nequit falli: ergo ratione suæ bonitatis et sanctitatis infinitæ neque potest peccare, nec ad peccatum concurrere. 2º probatur ... Angelicus ... dist. 37 ... art. 2. defectus qui est in effectu non debet attribui causæ ... et remotæ, ... proximæ et particulari ... est ... ommium causa ... in rebus Creatis ... et actualitatis ... ergo defectus ... qui ... in causis inferioribus ... et liberis non debet Deo atribui tanquam causæ, ... in causam ... et in voluntate creata deformem ... opera ... ratione ... effectus claudicationis non ... vel ... motiva ... et defectus, item defectus ... aut fructificationis in arbore ... vel sole

[illegible] a vali [illegible] nisi [illegible] defectus [illegible]
[illegible] unius et remotis [illegible] proximus et particularis [illegible] defectus [illegible]
[illegible] unius et remotis [illegible] proxi[illegible] et particularis causae [illegible] attribui.

[illegible] probat [illegible] peccare [illegible] deficere [illegible] motu
[illegible] ad illud fine declinare, [illegible] repugnat [illegible] prudenti
[illegible] certo [illegible] quod per sua motiones [illegible] sit causa peccati [illegible]
fine [illegible] motione [illegible] et declinemus
[illegible] fine et [illegible] ubi malum dicitur esse [illegible]
exemplis [illegible] artifex [illegible] peccat [illegible] artis nisi [illegible] sequitur [illegible]
et [illegible] artis, et instrumentum [illegible] deficit nisi [illegible] sequitur actionis [illegible] et
tibia [illegible] claudicat nisi [illegible] suae [illegible] se subtrahit [illegible] rectitudin[illegible]
motus [illegible] ad quem [illegible] gressivo [illegible] illa [illegible] similiter peccare
est desistere a motione [illegible] et [illegible] fine declinare.

[illegible] confirmo: [illegible] causalitatis solum
potest attingere [illegible] continetur intra [illegible] formale sub [illegible]; atqui peccatum
quantum ad formale et malitiam [illegible] importat [illegible] intra [illegible]
[illegible] attingi [illegible] per suam causalitatem [illegible] probatur [illegible]
[illegible] tanquam ultimum finem [illegible]
agens et ultimum finem [illegible] convertuntur [illegible] atqui peccatum [illegible] formale [illegible] est ordina[illegible]
[illegible] fine ultimo [illegible] tanquam ultimum finem [illegible] necessario [illegible] ab illo tanquam
tioni, et in quantum eius virtute eius virtus agit: quod late explicat
ad 7um exponens quod sit illud quo agentia 2a applicantur et moventur
a Deo = huic testimonio Vallarius ut Pater Suarez alii solu-
tione non invenerit nisi asserere D. Th. retractasse se, quod quam fal-
sissimum sit constat ut ex textu ex 1a p relato, constat etiam ex eodem D.
Tho p 1 q 105 art 5, et 1 p q 105 art 5, et ex aliis quam plurimis
locis =
Docet etiam nostram D. Bernardus lib de libero arbitrio circa
finem ubi ait: Deus voluntatem applicat operi, et opus explicat volun-
tati: docent etiam nostram D. Anselmus in lib de Concordia q 1
verbis infra referendis.
2o probo nostram D. verbis 1am rationes sic pete per oppositi efficacia
physica per determinationis non destruit libertatem: ergo admitti debet
est physica per motio. probatur: Efficacia per determinationis physica
ortum habet ex summa efficacia divinae voluntatis. sed efficacia
divinae voluntatis non destruit sed causat nostram libertatem: ergo effi-
cacia physica per determinationis non destruit sed causat nostram libertatem.
probatur minor: efficacia divinae voluntatis ex potestate ut non solum in-
ferat subiectum consensus nostri sed etiam nostram libertati illius: sed
efficacia divinae voluntatis non destruit sed causat nostram

libertatem. probatur: nam efficacia divinae voluntatis ex=
poscit non solum ut fiant ea, quae Deus fieri vult, sed ut eo modo
Vult fiant quo ea vult fieri: ergo efficacia divinae voluntatis
exposcit ut inferat non solum substantiam nostri consensus, sed etiam modum
libertatis illius =

Hanc efficacissimam tradit Angelicus doctor

1ª p. q. 19 art. 8, ubi inquit: an voluntas Dei necessitatem rebus
volitis imponat: et reiecta sententia ab aliquibus tradita, qui
libertatem et contingentiam rerum volebant petere solum ex parte cau=
sarum liberis et contingentibus, sic ait: et ideo melius dicendum
quod hoc contingit propter efficaciam divinae voluntatis = et
post pauca sic ait: Cum igitur voluntas divina sit efficacissima
non solum sequitur quod fiant ea quae Deus vult fieri, sed quod eo modo
fiant, quo Deus ea fieri vult, vult autem quaedam fieri Deus
necessario, quaedam contingenter, ut sit ordo in rebus ad complendum univer=
sum. eandem doctrinam tradit Angelicus doctor opusc. 3 cap. 140
et aliis pluribus in locis =

Hanc etiam tradit D. Anselmus

lib. de concordia praescientiae praedeterminationis, et gratiae cap. 1 his verbis:
quoniam quod Deus vult non potest non esse, cum vult hominis voluntatem nulla
cogi sive prohiberi necessitate ad volendum sive non volendum et vult
effectum sequi voluntatem, tunc necesse est voluntatem esse liberam,
et esse quod vult =

2ª ratio contra nos sic potest opponi: ut Deus tan=
quam causa prima influat in consensum liberum voluntatis creatae de=
bet voluntas creata subordinari Deo in illius efficientia, sed
non subordinatur Deo nisi ab ipso ut determinante dependeat:
ergo ut Deus tanquam causa prima influat in consensum liberum nostrae volun=
tatis, debet voluntas nostra determinari a Deo ad talem consensum,
cum talis determinatio prout a Deo praecedat prioritate naturae
nostram determinationem. sequitur quod Deus praedeterminet nostram vo=
luntatem. probatur minor: quia voluntas creata non potest efficere

actu liberu sine concursu divino non sufficit ut subordinet Deo in illius efficientia: quia talis subordinatio salvari debet voluntas creata a Deo ut determinante dependere. Prob. ant.: Deus non potest efficere actum liberum voluntati creatae sine concursu illius; et tamen Deus non subordinatur voluntati creatae in efficientia actus liberi; ergo non requiritur causa subordinatio: ergo quod voluntas creata non possit actum liberum efficere sine concursu divino non sufficit ut subordinet Deo in illius efficientia. =

Confirmatur 1.: voluntas creata in se determinandi est liberum: quia est liberum in se determinando: quod in determinando supponit alium liberum non per se: ergo voluntas creata non solum se determinat sed etiam determinat a Deo libero. et haec ratio non solum reinsinuat a D. Thoma q. 1 de Ver. q. 2 art. 2 ad 3 respondendo de libero arbitrio ait: Unde remanet sibi dominium sui actus licet non ita ut primi agentis.

Confirmatur 2.: quia voluntas creata non sit liberum sed sola potentia non semper in actu sed quandoque est in actu, quandoque in potentia; sed quando in potentia est indifferens ad actum et negationem actus, et ad actum amoris et ad actum odii: ergo ut sit in actu liberum debet determinari a Deo. probatur consequentia: nam Commentator in 2 physicorum ab eo, quod est ad utrumlibet, non sequitur aliqua actio nisi ab aliquo alio inclinetur ad unum: ergo ut voluntas exeat in actum debet determinari a Deo; et haec ratio sumitur ex D. Thoma pluribus in locis asserente quod a principio indifferenti ut tali non potest exire actus determinatus nisi ab aliquo alio determinetur. =

Tertia ratio eaque efficacissima in favorem nostrae sententiae sic potest exponi: ex determinatione antecedenti infallibiliter inferente consensum non laeditur libertas: ergo ruit ipsissimum fundamentum contrariae sententiae ad negandam physicam praemotionem. Prob. ant.: per voluntatem, qua Deus applicat suae omnipotentiae voluntati creatae ea quae in actu constituit, est necessaria causalitas ut voluntas ex parte Dei nova et distincta voluntas actio operetur; sed

Aug.

haec infallibiliter infert consensum et illius libertatem non laedit: ergo ex determinatione antecedenti infallibiliter inferente consensum non laeditur eius libertas. minor est certa nam illa voluntas non dat posse solum: ergo non est compositus

cum carentia operationis, et illa quae dat posse consequenter in=
fallibiliter in actum consensus liberi voluntatis creatae.=
Maior autem

probatur: quia per libertatem Dei in applicanda omnipotentia voluntati
creatae ut possit recte operari, requiritur ut de facto operetur nova
libertas Dei: ergo aequaliter requiritur nova et distincta voluntas.=
Consequentia probatur: nam

sine nova voluntate neque esse nova libertas. Antecedens autem probatur: consensus
libertatis creatae est Deo liber quomodo ipse est immediate et formaliter sed
cum vi applicationis omnipotentiae constituentis in actu voluntatis crea-
tae non est Deo liber immediate et formaliter, sed solum mediate et virtualiter:
ergo per voluntatem Dei in constituendo voluntatem creatam in actu re=
quiritur ut de facto operetur nova et distincta voluntas libera. Consequentia est
bona: minor certa in doctrina adversariorum docentium consensum omnipotentiae
determinari a voluntate creata solum quod esse Deo liberum libertate
antecedenti, qua libere voluit suam omnipotentiam voluntati creatae applicare.=
Maior autem

probatur: consensus liber voluntatis creatae est sub dominio Dei immediate
et formaliter, sed dominium est [illegible] sine iniuria alterius: virtualis
ergo est immediate et formaliter sub dominio Dei, et illi liber quomodo ipse est.
Maior, quam contrarii negant, sic probatur: Deus est supremus dominus volun=
tatis creatae et consensus liberi illius; sed si consensus non esset liber Deo
immediate et formaliter, non esset supremus dominus illius: ergo est im=
mediate et formaliter sub dominio Dei. Maior est certissima.
Minor autem

sic probatur: sine non esset immediate et formaliter sub dominio Dei solum
esset sub illo virtualiter et mediate: sed subiectio mediata et vir-
tualis non sufficit ad supremum dominium Dei: ergo si consensus liber volun=
tatis creatae non esset sub dominio Dei immediate et formaliter Deus non
esset supremus dominus illius.= Probatur minor: et in hoc puncto tota difficultas

argumenti consistit: non minus est de ratione dominii subiectio rei cadentis
sub dominio, quam de ratione causae efficientis dependentia effectus
ab illa, sed non salvatur ratio primae et supremae causae efficientis

p dependentiæ mediatæ et virtualis, ut omnes theologi docent contra Durandum quia quod dicunt Deum immediate influere in omnes effectus creatos, quia sine influxu immediato non salvatur ratio primæ et supremæ causæ: ergo non salvatur ratio supremi dominij per subiectionem mediatam et virtualem ei cadentis sub dominio, et consequenter in Deo non salvatur ratio supremi dominij nisi consensus liberi voluntatis creatæ, nisi consensus liber sit sub dominio Dei immediate et formaliter.

Si dicas contrarijs ratione disparitatis esse quod deesse primæ et supremæ causæ omnibus suis effectibus non chimericum, nec implicantis, et similiter deesse supremi dominij omnis subiectio non chimerica neque implicans. Ceterum hic est differentia quod dependentia immediata omnis effectus a Deo non implicat, et ideo sine illa non salvatur ratio supremæ causæ; implicaret autem subiectio immediata consensus liberi voluntatis creatæ liberæ et dominio divino, quia tolleret libertatem talis consensus, ac proinde sine tali subiectione salvatur ratio supremi dominij. — Contra primo,

sequitur ex hac solutione esse inefficacem rationem, qua omnes theologi convincunt contra Durandum; consequens est falsum: ergo et tradita solutio. Probatur maior: ideo nostra ratio censetur a contrarijs inefficax, quia potest ad illam responderi, ut de facto contrarij dicunt subiectionem immediatam et formalem consensus liberi voluntatis creatæ liberæ et dominio divino esse implicantem; atque semel concesso quod talis subiectio implicans sit, non potest evidenter omnino quod dependentia immediata et formalis omnium effectuum a Deo implicans esse non sit, nec contra Durandum potest evidenter demonstrari: ergo semel concesso talem subiectionem esse implicantem inefficacem erit ratio, qua omnes theologi convincunt contra Durandum. Minor probatur: nam semel concesso talem subiectionem implicare non idem est formaliter, atque quæ videntur colligere non implicare dependentiam immediatam omnium effectuum a Deo.

Contra secundo eadem solutionem arguitur; nam sequeretur ex illa Deum non esse ita perfecte Dominum tot actuum liberi voluntatis creatæ ac est Dominus ceterarum entitatum et actionum

actum, qui sub dominio voluntatis non cadunt; consequens est falsum aliquid esse imperfecte debitum ... liberi voluntatis creatae quod est absurdum: ergo tradita solutio nulla est.

probatur sequela: aliam entitatem, quae sub dominio voluntatis creatae non cadunt est debitum immediate et formaliter; actus autem liberi solum est debitum virtualiter et mediate iuxta datam solutionem; sed denominatio immediata et formalis perfectiore intra sphaeram dominij denominatione solum virtuali et mediata: ergo ex tradita solutione sequitur ... non esse ita perfecte debitum voluntatis creatae et actus liberi illius ac esse debitum aliarum entitatum et aliorum actuum, qui sub dominio voluntatis creatae non cadunt.

3o Contra eandem solutionem arguitur sequitur minus ex illa quod si quis pertinaciter assereret dari duos Deos non posset ratione naturali convinci. Consequens est absurdum: ergo tradita solutio nulla est. Probatur sequela: ratio qua ... theologi utuntur ad demonstrandum repugnare duos Deos est quia de ratione Dei est continere formaliter aut immediate et eminenter omnem realem perfectionem: unus autem Deus non potest contineri ab alio aliquo ex praedictis modis: atqui ad mentem solutione data ... hanc solutionem si quis pertinaciter assereret dari duos Deos non posset evidenter ratione naturali convinci.

Probatur minor: nam doctrina solutionis est de ratione supremi dominij non esse subiectionem immediatam omnis entitatis creatae, eo quod est aliqua entitas creata, nempe entitas actus liberi voluntatis creatae cuius subiectio immediata et formalis implicat, et hoc unum dominium non potest subiectionem implicantem: si aliquis pertinaciter ... asereret dari duos Deos, posset etiam dicere de ratione Dei non esse continentiam omnis perfectionis realis aliquo ex praedictis modis, quia de ratione Dei non est continentia implicans, et continentia formalis aut eminentialis Dei in alio implicat: ergo data solutione ad mentem solutionis ... ratio, qua omnes theologi demonstrant repugnare duos Deos. =

quam mea D. D. non solum Authoritatibus Contrib.
fulli dictae sed et ab inconvenientibus probandi suff-
icienti aliqua veloci Calamo proponam

Primum inconveniens hoc petit proponi: Quod si negantes physicam
praedeterminationem sequitur dari casum metaphysice possibilem, in
quo Deus volens hominem in bonum convertere, et ad poenitentiam
eum [illegible] non posset de potentia absoluta; Aliquem enim dari, D. disponere,
et dari supremum Dei dominium: quod ut hoc inconveniens vitet
ad mittendae physica praedeterminatio. Hac legitima 97
[illegible] obviat: Ubi illa
omnipotentissima voluntas, quae in caelo et in terra omnia
quaecumque voluit fecit, si eligere filios Israel voluit et [illegible]
[illegible]. Constat etiam ex eodem Aug. in Ench. Cap. 98 illis verbis:
quis tam impie decipit ut dicat Deum malas hominum voluntates,
quas voluerit, quando voluerit, et ubi voluerit non posse in bonum
convertere. Constat etiam ex eodem Aug. in Ench. Cap. 103 ubi dicit et [illegible]
Aug. aliomodo; dum tamen creare non cogamur aliquid omnipotentem
Deum voluisse fieri, factumque non esse. Constat etiam ex eodem Aug. lib.
de Correctione et gratia cap. 14 ubi dicit Magis habet in
potestate sua voluntatem hominum quam ipsi suas. Ergo sequitur dari casum
metaphysice possibilem, in quo aliqui homines non [illegible] vocationi, et in [illegible]
vocatione [illegible] videatur resistens in statu conditionato, si [illegible] nec
singula nec omnes simul supponant relicta arbitrio creati aut
gaudent efficacia intrinseca neque infallibilitate [illegible]
futuro; Sed contrarii negantes physicam praedeterminationem Deus non
potest efficaciter determinare [illegible] illius hominis in bonum et eius poe-
nitentiam, nisi prius illum in statu conditionato [illegible] libere
consentientem vocationi, qua vocat ut in bonum convertat et ad
poenitentiam [illegible]: ergo negata physica praedeterminatione est
metaphysice possibilis casus, in quo Deus volens talem hominem in bonum

bonum convertere et ad poenitentiam revolare non possit. =

Confirmatur: Et ponamus casum methaphisice possibilem, quod aliquis homo durus cervici noluit obtemperare vocationi, quin adeo ad poenitentiam volet quod faciet Deus, ubi plus ad poenitentiam revolet. Quia alia vocatio volabit, huic etiam poterit resistere, nedum in sensu diviso, sed etiam in sensu composito, cum ex contrariorum efficacia intrinsecam gaudeat, ponamus quod resistat, quod faciet Deus ut talis homo ad poenitentiam revolet: ergo dabilis erit casus methaphisice, in quo Deus non possit aliquem hominem durae cervicis ad poenitentiam revolare. =

Ad hoc argumentum, quod acerrime torquet doctores contrarios, quae vis doctissimos, praecipua et frequentior solutio est quod Deus tali homini in tali casu methaphisice possibili non posset extorquere liberum et meritorium consensum, unde asserunt quod in tali casu non posset Deus illi gloriam in coronam conferre, sed solum per modum haereditatis scilicet sine ullo actu hominis, scilicet per actus nariss. ita Suarez, Albertinus, Arriaga, et Ateniae. =

Sed contra hanc solutionem est ipsemet traditio Sancti Augustini: reiicitur duae. Prima argumentum: nam Sanctus Augustinus verbis iam relatis asserit Deum in malos homines voluntate, quando voluerit, quod voluerit, et ubi voluerit posse in bonum convertere. Sed conversio ista de qua loquitur Sanctus Augustinus per actus liberos et meritorios debet fieri. ergo iuxta Sanctum Augustinum est asserere non posse Deum a tali homine extorquere liberum et meritorium consensum. =

2° contra eandem solutionem argumentum: sequitur ex illa Deum non esse supremum Dominum liberi consensus nec gloriae per modum coronae; consequens falsum est: ergo tradita solutio nulla. Probatur sequela: si Deus esset impotens ad extorquendum ab illo homine consensum absolute et quoad substantiam non esset absolute supremus Dominus consensus quoad substantiam, et similiter si impotens conferre illi gloriam absolute non esset absolute supremus Dominus gloriae: ergo si esset impotens extorquere consensum liberum, et conferre gloriam ut coronam non erit supremus Dominus consensus liberi nec gloriae ut coronae.

Patet ex (?) q̄ sic se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis. =

Quo contra eandem solutionem arguitur: sequitur enim ex illa quod aliquid esset non repugnans, implicans contradictionem independenter a voluntate Dei: consequens est absurdum: ergo tradita solutio sustinenda non est. Probatur sequela ex priori ad ista; conditionata erat non repugnans illius hominis contradictio libera: illa autem tamen supposita reddit implicans; sed supposito sic non dependit a libera voluntate Dei aliquis esse dei libera: ergo ex tradita solutione sequitur quod aliquid esset non repugnans implicans contradictionem independens a voluntate Dei. =

Linze

Utrum possit dari omissio voluntaria et culpabilis in individuo absque omni actu physico voluntatis qui sit caussa seu occasio illius.

Pro maiori intelligentia propositae quaestionis aliqua sunt supponenda quae unanimi theologorum consensu admittunt. 1º supponit non dari omissionem culpabilem absque aliquo actu intellectus advertente obligationem operandi. non omissio nequit esse culpabilis quin sit voluntaria nec voluntaria absque cognitione intellectus; cum voluntarium communiter definiatur per hoc quod procedat a principio intrinseco cum cognitione finis.

2º supponendum est: ad omissionem culpabilem non requiri actum positivum voluntatis directe tractum ad ipsam negationem, aut privationem actus praecepti. non ut aliquis culpabiliter omittat praeceptum affirmativum audiendi missam non requirit quod eliciat actum positivum quo expresse velit non audire missam; aut actum quo signate nolet auditionem missae, sed sufficit quod velit positive aliquid incompossibile suo cum auditione missae ut ludum gladiatorum, ~~etc.~~ aut aliud exercitium impeditivum auditionis sacri; tunc enim tenetur omissio missae voluntaria indirecte in sua causa, et idcirco culpabilis et peccaminosa: sicut in peccato omissionis ipsa deformitas actus peccaminosi est absolute voluntaria respectu peccantis quin tamen sit expresse aut directe actum voluntatis: qui enim furatur non directe vult malitiam aut deformitatem furti moralem, sed bonum utile aut delectabile huiusmodi malitiae divinctum.

3º supponendum est peccatum omissionis proprie dictum et peccato omissionis non distare essentialiter in aliquo actu positivo voluntatis, sed actus eius essentialis specificus adaequate distare in carentia actus praecepti ut expresse docet D. Thomas 2a 2ae quaestione 79 art. 3. et in disputatione quaestione 2a de malo art. 1º in corpore: quo posito in praesenti solum occurrit examinandum utrum voluntas libere aut voluntarie possit omittere quando culpabilis omissionis requirat aliquem actum antecedentem aut concomitantem qui sit causa aut occasio ipsius. Licet enim omissio non distat essentialiter in actu positivo potest tamen dubitari an a voluntate possit voluntarie et libere exerceri absque actu quo voluntas inclinetur ad actum positionis circa igitur praesentis dubii resolutionem authores dividuntur in duas principales sententias.

1º

1ª sententia afirmat non solum omissionem peccaminosam dum sua essentia consistere in carentia actus positivi, verum etiam illam posse voluntarie et culpabiliter poni a voluntate absque praesuppositione aut concomitantia alicuius actus positivi qui sit causa aut occasio illius; et idcirco posse nostram voluntatem in re culpabiliter omittere pura suspensione libertatis sui actus. Huic sententiae subscribunt Durandus in 2º dist. 35 q. 2ª Ricar. Ocamus Valentia Suarez, et ex thomistis Mr. Aldonso Cornejo. et novissime Illustrissimus Episc. Fr. Petrus Godoy cui adhaerent plures recentiores thomistae in suis manuscriptis.

2ª sententia negat esse possibilem omissionem voluntariam aut culpabilem absque aliquo actu positivo voluntatis qui sit causa aut occasio ipsius; et idcirco puram carentiam actus non posse in re esse immediatum aut directum exercitium voluntatis libere et voluntarie procedentis: hanc sententiam tot docent sapientiores et antiquiores thomistae et praecipue Capreolus Cayetanus quos sequuntur Alvarez, Martinez, Mr. Marcus de la Serra et Magister Mr. a S. Tho. et ex extraneis Dr. Vazquez in praesenti disp. 92 quorum resolutionem existimo conformem esse doctrinae D. Thomae et principiis nostrae philosophiae. Pro cuius resolutione sit.

Unica conclusio quo nostrum iudicium exponit: Licet omissio quae distinguitur a peccato omissionis non includat essentialiter actum elicitum aut positivum voluntatis negat tamen in individuo culpabiliter et voluntarie omittere quin habeat aliquem actum directe aut indirecte [illegible] ad omissionem, et idcirco pura carentia actus nequit egredi voluntarie a voluntate tanquam exercitium directum et immediatum suae libertatis.

Haec conclusio ostenditur 1º aliquibus testimoniis D. Thomae qui [illegible] clare docet [illegible] requiri ad omissive peccandum aliquem actum qui sit causa aut occasio omittendi. q. 122 [illegible] 21 art. [illegible] aperte afirmat nostram sententiam his verbis: Si enim intelligatur in peccato omissionis illud quod per se et essentialiter pertinet ad rationem peccati sic quandoque est absque omni actu: si vero in peccato omissionis intelligantur etiam causae aut occasiones omittendi sic necesse est in peccato omissionis esse aliquem actum. In quo loco D. Tho. impugnat sententiam aliquorum qui asserebant aut nullo pacto requiri actum positivum ad omittendum culpabiliter, asserens actum voluntatis esse necessarium tanquam causam omittendi, tametsi huiusmodi actus non constituat essentialiter ipsam omissionem: idem repetit Angelicus Mr. q. 2º de malo art. 1º his verbis: potest esse aliquod peccatum [illegible] quod non requirat aliquem actum, qui sit de essentia ipsius, et in hoc veritatem habet

1ª Senten

2.° sensu: si autem consideret id quod requirit ad peccatum ut causam peccati sic opportet quod ad quodlibet peccatum etiam omissionis aliquem actum requirat: Ubi testimoniis et aliis sententiis constat neque consensum esse aperte conformem doctrinae D. Thomae et sensum contrarium omnino adversum.

Nec valet solutio adversariorum, qui explicant praefato testimonio D. Thomae asserendo, quod quotiescumque Angelicus Praeceptor asserit actum physicum positivum esse necessarium ad omittendum culpabiliter solummodo debet intelligi de necessitate morali, non autem de necessitate metaphysica, et ideo ex huiusmodi testimoniis tantummodo deducit requiri ... actum positivum qui sit causa aut occasio omittendi; ... autem esse absolute impossibile in quocumque casu omissionem culpabilem absque actu.

Non, inquam, valet haec solutio: non Angelicus Praeceptor in praefatis locis recedit non solum ab opinione illorum qui contendebant actum positivum esse de essentia omissionis, verum etiam a sensu negantium actum requiri per modum causae omittendi; ... sensu negans necessitatem actus concurrentis per modum causae ad omissionem culpabilem nullatenus negat necessitatem moralem ipsius, aut actum positivum regulariter loquendo esse causam aut occasionem omittendi culpabiliter ... constat experientia actum in ... cum ... praecepto esse pensionem, aut causam omittendi. ... apud ... quod qui ... omittit actum praeceptum praecepto affirmativo regulariter loquendo non ... suspensum ab omni actu positivo, ... declinat voluntarie in aliquem actum quo vult fugere laborem actus praecepti, aut aliud exercitium cum eo incompossibile: ergo cum Angelicus Doctor asserit actum positivum voluntatis esse necessarium ad culpabiliter omittendum debet intelligi de necessitate non solum morali verum etiam de necessitate physica aut metaphysica; si enim solummodo loqueretur de necessitate morali nihil retractaret contrarium opinionem a quo recedit cum non cadat sub opinione asserentium affirmativum de ... ordinario actum esse necessarium ad omissionem culpabilem per modum causae ac ... praefata interpretatio est extorta et violenta, et aperte dissona ... D. Thomae.

2.° probatur nostra conclusio ratione desumpta ex principiis D. Thomae: ut aliquis culpabiliter omittat actum praeceptum necessarium est ut omissio actus praecepti sit illi voluntaria; cum nihil dicatur culpabile aut peccaminosum quod sit vere et proprie voluntarium non voluntarium, ut omnes unanimiter supponunt, sed omissio actus praecepti nequit esse voluntaria non existente seclusio quolibet actu illam antecedente aut concomitante: ergo nullatenus potest dari in individuo omissio culpabilis aut peccaminosa absque concursu actus positivi a quo ... minor probatur: nihil potest esse voluntarium non voluntatis quod non procedat ex ... interiori inclinatione, cum voluntarium hoc sensu praecipue distinguatur ab involuntario

involuntario et violento sit illud quod procedit a principio intrinseco cum cognitione finis; sed pura omissio sumpta se, seu quatenus separata ab omni actu ante aut concomitante nullatenus potest esse aliquid procedens ex intrinseca inclinatione voluntatis: ergo nequit esse exercite voluntaria secluso omni actu ante aut concomitante: probatur minor quia nihil potest esse ab intrinseca inclinatione voluntatis, quin appetatur signate aut exercite ab ipsa voluntate cum quaevis inclinatio feratur aut trahat ad bonum appetibile; sed pura carentia quatenus praescindit ab omni actu ante aut concomitante nullatenus potest appeti a voluntate cum nulla inclinatio aut appetitus innatus aut elicitus possit trahi ad malum sub ratione mali, et carentia actus de se non sit bonum nec morale nec physicum ut patet: ergo pura omissio quatenus separata ab omni actu positivo nullatenus procedit ab intrinseca inclinatione voluntatis et idcirco nequit esse voluntaria voluntarietate requisita ad culpam.

Confirmatur: ut omissio actus sit voluntaria voluntate voluntatis necessum est ut in illam libere influat voluntas; sed voluntas nequit libere influere in aliquod exercitium quin detrahat aliquem actum positivum: ergo pura omissio separata ab omni actu ante aut concomitante nullatenus potest esse exercitium voluntarie procedens a voluntate. Probatur minor quia voluntas nequit influere in aliquod exercitium absque motione finis; cum non possit habere exercitium liberum extra suum obiectum specificum, et idcirco absque motione alicuius finis: nam obiectum specificum voluntatis est bonum ut finis: ergo nequit voluntas in omissionem aut aliud exercitium influere quin versetur circa finem et consequenter nequit voluntarie aut libere omittere quin praesupponat determinatam ad omittendum medio appetitu aut amore positivo alicuius finis.

Huic fundamento, cui principaliter nititur veritas, nostra sese variis solutionibus conantur adversarii occurrere, et praetermissis illis nugis, quae ex se carent gradu probabilitatis specie, illustrissimus Godoy suo consueto acumine respondet ad argumentum principale asserens puram omissionem esse voluntariam independenter ab omni actu ante aut concomitante, nec enim requiri omne exercitium voluntarie procedens a voluntate esse volitum signate aut exercite nam solummodo requiri ad exercitium voluntarium positivum esse exercite volitum, non vero ad exercitium pure omissivum; cum huiusmodi exercitium non procedat a voluntate ut positive volitiva est, sed sub ratione non volitiva, seu carentia volitionis, et conveniunt ad hanc doctrinam respondet ad confirmationem asserens quod quando voluntas exercet suam libertatem agendo, necessario debet influere in suum exercitium liberum ut mota a fine aut ex amore positivo alicuius finis; quando vero exercet libertatem non agendo, seu omittendo, non est ulla

eius

ullatenus necessarium, ut omittat ex motione positiva alicuius finis quemadmodum omissio pura est a voluntate tanquam a non agente, ita est a fine tanquam a non movente; et licet ut voluntas libere omittat non exigit ut influat in omissionem ex motione aut appetitu alicuius finis.

Sed hae solutiones nullatenus satisfaciunt argumento opposito; unde reijcit 1° solutionem praecedentem quia voluntas nequit libere exerceri in actu 2° per aliquod exercitium liberum aut voluntarium; quin huiusmodi aliquo modo egrediatur ab ipsa per egressionem effectivam; sed nequit aliquid egredi a voluntate per egressionem effectivam quod ab ipsa exercite appetatur; ergo repugnat purum omissionem aut carentiam actus esse exercitium voluntarium procedens a voluntate. Probatur minor. non datur egredi a voluntate egressione effectiva et voluntaria sed conformiter inclinationi ipsius voluntatis ratione sui vel alterius sibi annexi; sed neque aliquod esse conforme inclinationi voluntatis quod sit appetibile aut bonum; cum nullo inclinatio valeat trahi ad purum malum sub ratione mali: ergo repugnat puram carentiam, aut omissionem separatam ab omni actu positivo esse immediatum exercitium voluntarie egrediens a voluntate, ac proinde praedicta solutio supponit falsum nimirum voluntatem sub respectu negativo posse volitionem esse per se immediate influens ut aliquod exercitium voluntarie egrediens ab ipsa. cum negatio nec trahat, nec primum per influxum effectivum, et carentiam ipsius, et licet numquam voluntas sit sibi volitionis purae carentia; numquam tamen potest esse per se voluntarie causa ejus causet a voluntate omissio aut omissionem cuius ejus actus, et idcirco ut voluntarie illa egrediatur mediante actu positivo ratione cuius negatio reddatur per accidens aut concomitanter appetibile.

2° reijcit eadem solutio. non magis convenit voluntati potentia non agere et non agere; quam causae naturali virtus ad generandum et corrumpendum; sed causa naturalis generans suo activitate agat, et corrumpere potest non igitur non producere actualiter ad corrumpendum, nisi prius agendo et effective producendo aut generando formam sibi oppositam; et in proposito: ergo voluntas voluntarie nequit procedere ad non agendum nisi prius aut concomitanter agendo, et idcirco positive volendo volitive exercite appetitivis ab ipsa. maior et minor sunt certae; et tota probatur. non catenus agens naturale neque corrumpere primario et per se sed dependenter a generatione quod corruptio sui se est malum naturale et idcirco non conformis inclinationi causae naturalis: sed pura

omissio

carentia actus positivi, cuius modi est omissio separata ab omni actu est simpliciter malus tam in lineo morali quam physico cum non sit nisi pura negatio: ergo repugnat naturali inclinationi causae naturalis esse immediate principium intrinsecum effectus pure corruptivi: ita repugnabit inclinationi naturali voluntatis esse principium immediate influxus in puram omissionem aut carentiam actus; nam quemadmodum primario et directe inclinatio causae naturalis tendit ad bonum naturale, et solummodo potest tendere ad privationem ratione boni positivi, ita inclinatio primaria voluntatis tantummodo potest directe et primario exerceri circa aliquod bonum positivum, et ideirco solummodo potest cadere omissionem aut carentiam actus debiti declinando voluntarie in aliquod bonum positivum eiusmodi carentiae annexum

Confirmatur: Voluntas voluntarie omittendo actum praeceptum transit de non esse omissionis ad esse ipsius actuale exercitium sed per puram carentiam aut suspensionem separatam ab omni actu nequit voluntas voluntarie transire de non esse omissionis ad esse actuale exercitium ipsius: ergo voluntas nequit libere aut voluntarie exercere actum nisi aliquo exercitio positivo minime per carentiam cuiusvis actus positivi. maior constat, nam quemadmodum voluntas potens amare actualiter amando transit de non esse amoris actualis ad esse ipsius ita ut amor praesupponat in voluntate non amorem tamquam terminum a quo, ita voluntas actualiter omittendo actum praeceptum voluntarie transit de non esse actualis omissionis ad esse actuale exercitium ipsius et ideirco actualis egressio ipsius omissionis a voluntate excludit ab ipsa non esse omissionis ut patet per se. et minor probatur, nam voluntas in actu secundo non transit tamquam ad terminum ad quem ad id quod in actu primo ipsi competit, cum carentia actus negatio sit atque in quolibet transitu praesupponat eius acquisitionem. sed pura carentia actus debiti praesupponitur in voluntate ante liberam et voluntariam omissionem eiusmodi actus: etenim voluntas potens operari et non operans in actu primo habet carentiam actus debiti ergo per puram carentiam actus separata ab omni actu ante et concomitante nequit voluntas voluntarie procedere de non esse omissionis ad esse actuale ipsius; alioquin libere omittendo transiret de non carentia actus ad carentiam ipsius, quod constat esse falsum cum voluntas ante actuale exercitium omissionis voluntariae sit sub carentia actus debiti, et ideirco per puram carentiam huiusmodi actus non verificatur voluntatem voluntarie procedere de non esse omissionis ad esse actuale ipsius.

Nec valet si respondeatur ex doctrina [illegible]

Eo ipso quod quando voluntas procedit de non esse omissionis voluntariae ad omittendum actualiter, licet in illo priori in quo intelligitur in actu primo potentia omnino habeat absolutam carentiam, aut negationem actus praecepti, dum autem huiusmodi carentia non intelligatur ut voluntarie egrediens a voluntate, non habet rationem omissionis actualis voluntariae, et idcirco voluntas actualiter omittendo transit de non esse omissionis ad esse actuale ipsius: etenim transit de carentia actus non egressa a voluntate ad carentiam ipsius ut voluntario egressam ab ipsa in ordine ad influxum exercitum voluntatis; carentia actus solummodo convenit tamquam subiecto passivo aut receptivo, non autem tamquam principio a quo voluntariae egressionis.

Non inquam valet haec solutio: nam ut carentia actus debiti respiciat voluntatem non solum ut subiectum quasi passivum aut receptivum, verum etiam ut principium effective aut voluntarie influens, in ipsis necessario requiritur ut iungatur cum aliquo actu positivo, ratione cuius possit trahere influxum effectivum voluntatis; sed pura carentia actus nequit immediate cadere sub influxu effectivo voluntatis: ergo si ad exercendum omissionem omissione actuali voluntaria requiritur ut omissio effective egrediatur a voluntate, necessum est ut illa concomitetur actus positivus, ratione cuius sit effective egressibilis: probatur minor: nam secluso quocumque actu positivo pura carentia actus nequit trahere influxum effectivum voluntatis, cum nulla negatio aut privatio separata ab entitate positiva sit directe et immediate effectibilis ab aliqua causa effectiva naturali aut voluntaria; quia ut docet D. Dionisius cap. 4 de divinis nominibus. Non ens et malum sunt praeter intentionem et voluntatem, neque itaque ipsa carentia immediate egredi a voluntate egressione voluntaria et effectiva: ergo carentia actus debiti nequit causari effective a voluntate nisi mediante actu positivo, ratione cuius constituatur indirecte aut mediate causabilis et voluntarie egrediens a voluntate, et non solum mere passive in illo recepta.

2° Reiicitur eadem solutio: nam ut carentia actus debiti egrediatur voluntarie a voluntate, necessum est ut voluntas voluntarie causando huiusmodi carentiam aliter se habeat quam antea; sed secluso quocumque actu positivo tam ante, quam concomitante voluntas nequit aliter se habere causando actualiter huiusmodi carentiam quam ante eius actualem egressionem: ergo falsum est puram carentiam actus posse voluntarie egredi a voluntate sine dependentia ab aliquo actu positivo. Maior constat, quia voluntas actualiter omittendo peccat actualiter, et idcirco transit de uno statu contradictorio ad aliud, nimirum de non peccante ad esse peccantem, ac proinde aliter se habeat voluntas voluntarie causando carentiam aut omissionem quam antea: et minor probatur: nam nullum subiectum potest aliter se habere absque sui ipsius reali mutatione; sed si voluntas voluntarie causando carentiam actus debiti nullum eliceret actum positivum antecedentem aut concomitantem, nequaquam mutaretur reali mutatione, siquidem de novo nihil reale

intrinsecum

intrin. acciperet negativum aut positivum: hoc autem supponitur ab Adversariis, cum voluntas actualiter omittat puro suspensione aut carentia cuiusvis actus positivi: quod autem non acquirat de novo privationem aut negationem, quam antea non habebat, probatur: nam voluntas in actu 1°. ante actualem omissionem actus debiti habet carentiam huiusmodi actus ut per se patet: ergo ut voluntas actualiter et voluntarie omittendo carentia actus debiti aliter se habeat ac ante actualem egressum ipsius, oportet ut illum faciat mediante actu positivo quo intrinsece et realiter mutet.

Nec audienda est solutio aliquorum dicentium; quod voluntas actualiter omittendo omissione puro negativa separato ab omni actu, licet non mutet et physice per novam acquisitionem alicuius dispositionis physicae, mutat tamen moraliter: nam ipso omissio voluntario actus debiti licet sit carentia actus physici, tenet actum interpretativum; et ideo circa voluntas actualiter omittendo, seu voluntarie carendo huiusmodi carentia aliter se habet aliter moraliter, licet de novo non recipiat aliquam entitatem physicam.

Non inquam, audienda est haec solutio, quae expresse opponitur principiis doctrinae theologicae: nam secundum eam doctrinam unanimiter receptam a theologis: quodvis peccatum mortale nudae omissionis, verum etiam omissionis non solum moraliter verum etiam physice et ex natura rei opponitur gratiae et charitati supernaturali; sed si voluntas voluntarie omittendo non acquireret de novo aliquam dispositionem physicam quo physice mutaret, peccatum omissionis non excluderet physice aut ex natura rei gratiam et charitatem, sed tantum moraliter aut demeritorie ut affirmat Scotus ergo negari asseri ex doctrina D. Thomae voluntatem voluntarie et culpabiliter omittere actum praeceptum sine reali et physico mutatione et consequenter sine actu physico quo physice et realiter excludat gratiam et charitatem. legatur D. Thom. 22ae q. 24 art. 12 ubi aperte docet charitatem amitti per quodlibet peccatum mortale et in responsione ad 5m affirmat in quolibet peccato reperiri aversionem voluntariam ab ultimo fine

2°. reiicitur eadem Solutio: nam falsum est puram carentiam actus esse vere et proprie actum interpretativum, seu voluntarium, operantis actualiter: ergo seclusso quocumque actu positivo voluntatis nequit voluntas mutari mutatione morali requisita ad voluntariam omissionem: probatur antecedens: nam ut carentia actus debiti dicatur actus interpretativus seu voluntati, necessum est ut saltem virtualiter aut indirecte sit volita ab ipsa; etenim ex prudentum existimatione sapientorum huiusmodi voluntas solum interpretative agit id quod virtualiter aut indirecte vult; imprudenter enim procederet, qui affirmaret voluntatem voluntarie inclinari ad aliquid nullo pacto appetibili ab ipsa; sed pura carentia actus debiti separato ab omni actu antecedente et concomitante nequit esse virtualiter aut indirecte volita a voluntate: illud enim solummodo virtualiter appetitur quod non appetitur in se, sed in suo

causa; sed secluso quocunque actu caussativo carentiae actus debiti, cuiusmodi carentia non est volita nec in se nec in sua causa, tum in hoc casu non daretur actus qui sit causa aut occasio voluntariae omissionis: ergo falsus est pura suspensione ab omni actu esse actus interpretative voluntatis; et ut voluntas voluntarie dicatur omittere actum quem tenetur illi opposito ut bonum et debitum fieri, necessum est ut voluntarie declinet ad aliquem actum in quo virtualiter velit carentiam actus debiti; nullus potest peccare omissive aut omissione quin saltem indirecte aut virtualiter velit transgressionem legis 2°. qua confirmatur cum quodlibet peccatum sit contemptus saltem virtualis legis et ideirco volitio virtualis illius quod opponit determinationi ipsius.

Prob. 3°. nostra cons. alia ratione priori, quae innititur vitalitati potentiae liberae: quia voluntas non potest actualiter peccare aliquo specie peccati quin exerceat suam actualem libertatem; ex quo peccatum actuale includat exercitium libertatis creatae; sed libertas voluntatis nequit exerceri pura carentia, aut omissione actus: ergo voluntas non potest omittere culpabiliter absque aliquo actu positivo antecedente aut concomitante ipsi omissioni: probatur minor exercitium voluntatis ut potentiae liberae petit esse vitale in actu 2°; sed pura carentia actus vitalis esse non potest, quia per id quo potentia vitalis vivit in actu 2° est potentia se movet, cum vita actualis sit motus intrinsece receptus in potentia vitali et ab illo intrinsece procedens: sed certum est puram carentiam non esse motum quo voluntas se movet, sed potius est privatio aut negatio cuiusvis motus et actionis: ergo implicat exercitium potentiae liberae esse puram carentiam actus independentem ab omni actu positivo vitali.

Confirmatur: quia voluntas ut libera est potentia vitalis, cum contra sit illa ut libera non esse potentia emortua; sed exercitium correspondens potentiae vitali debet esse vitale, et ideirco esse motus actualis procedens ab intrinseco eiusmodi potentiae: ergo exercitium liberum voluntatis debet esse actus positivus, et ideirco libertas voluntatis nequit exerceri pura suspensione aut carentia cuiusvis actus positivi.

Ad hoc argumentum respondent contrarii dicendo: quod etsi exercitium positivum voluntatis sit vitale, at non exercitium negativum aut omissivum, cuiusmodi est omissio actus: quia etsi voluntas sit vitalis quatenus est principium agendi seu potens agere, tamen est vitalis sub conceptu potentiae quae habet ad non agendum, seu quatenus est principium non agendi.

Sed haec solutio nullatenus enervat nostrum propositum: quia etsi in voluntate decipias inadaequate principium agendi, ut distinctum a ratione principii non agendi, non tamen potest potentia ad non agendum exerceri quin prius aut concomitanter exerceat

potest

potestas quo inclinat voluntas ad agendum; sed voluntas quatenus est principium agendi, nequit exercere aliquod exercitium quod non sit positive vitale, cum sub tali consideratione sit potentia adaequate vitalis: ergo voluntas nequit immediate et directe exercere pura negatione aut carentia actus, ut contendit nostra assertio, sed mediante exercitio vitali positivo eiusmodi carentia causat. Probatur antecedens quemadmodum in voluntate ratione libertatis datur potentia ad agendum et non agendum, etiam in ipsa admittitur libertas ad omittendum et odio habendum, sed non potest exerceri libertas voluntatis ad odiendum quin praesupponat voluntas exercitium amoris: nam ut docet [illegible] art. 2. odium cuiusvis obiecti praesupponit necessario amorem alterius, eatenus enim odio habet aliquid, quatenus contrariatur obiecto amato: ergo exercitium omissionis quo voluntas consistit voluntarie omittens praesupponit, aut concomitatur exercitium positivum quo vitaliter agit.

Secundo probatur magis et intimius convenit inclinationi ipsius voluntatis fuga a malo quam cessare a bono possibili sub ratione boni, sed voluntas nequit fugere a malo per odium, quin huiusmodi fuga oriatur ab amore alterius boni: ergo non potest voluntarie omissive cessare ab actu bono et debito, quin vitaliter voluntarie tendat ad aliud exercitium impeditivum eiusmodi actus: nam eatenus aversio a malo neque voluntarie procedere a voluntate quia ipsa tendat per amorem in aliud obiectum; quatenus seclusio amore alterius obiecti neque proponi intelligibile tale obiectum, nec ut contrarium inclinationi voluntatis, cui solum contrariatur obiectum correptivum aut impeditivum eius quod illi unit per amorem. Sed certum est actum praeceptum [illegible] nullatenus esse malum aut dissonum inclinationi voluntatis ac proinde ut voluntas voluntarie illum omittat aut aversive attingat, necessarium est quod declinet per amorem aut volitionem positivam in aliud obiectum illi contrarium.

3° probatur nostra conclusio [illegible] contrariis a pluribus auctoribus contrariis sententiis [illegible] voluntas meritorie aut laudabiliter omittere actum malum aut quodlibet absque volitione positiva directe aut indirecte tracta [illegible] huiusmodi omissionem, ergo [illegible] nequit culpabiliter aut demeritorie omittere actum praeceptum aut debitum, quin voluntarie declinet in actum positivum directe aut indirecte tractum ad huiusmodi omissionem. Antecedens deciditur a pluribus contrariis, et consequentia probatur: nam eatenus iuxta doctrinam adversariorum aliquis voluntarie et culpabiliter omittit actum bonum aut debitum per privationem carentiam eiusmodi actus, quatenus instante obligatione bene operandi potest et tenetur operari, et non operatur; sed voluntas quae caret actu indebito, aut prohibito instat obligatione non operandi eiusmodi actum, cum praeceptum negativum obliget

semper

semper et [illegible] semper et insuper in quocunque instanti potest et tenetur non ope-
rari, quod hinc ex [illegible] colligat[ur] voluntas voluntarie posse omittere eiusmodi
actus per puram carentiam ipsius; ergo etsi voluntas instante obligatione oper-
andi actus [illegible] [illegible] affirmativo possit, et teneatur operari, non hinc infert[ur]
illam non posse actualiter voluntarie omittere omissione culpabili absque vo-
litione positiva antecedenti aut concomitanti

aliter [illegible] [illegible] V [illegible] [illegible] describendo fundamentum cui in-
[illegible] per puram negationem aut carentiam actus absque aliquo actu positivo
antecedenti aut concomitanti, [illegible] voluntas [illegible] libero libertate contradictionis
quo distruit potens et indifferens ad agendum et non agendum; sed licet voluntas in
actu primo sit potens ad agere et non agere, non tamen hinc deducit illa posse volunt-
arie influere in negationem aut carentiam actionis absque praesuppositione
et concomitantia alicuius actionis positivae: ergo ex libertate contradictionis, quae
convenit non convenit illa posse voluntarie et culpabiliter omittere per puram
carentiam actus. [illegible] aliter quod non magis convenit voluntati libertas ad agendum
et non agendum quam indifferentia ad intentionem finis, et electionem mediorum; sed licet
in actu primo voluntas [illegible] sit potens intentiva et electiva nequit tamen vol-
untarie aut libere [illegible] ad eligendum quin electionem influat mediante
intentione alicuius finis: ergo licet voluntas in actu primo sit potens indifferens ad
agere et non agere, non tamen hinc colligit quod voluntarie possit influere in non
actus aut in carentiam actionis absque praesuppositione actus positivi ratione cuius
non actus [illegible] ab [illegible]; [illegible] [illegible] [illegible] voluntas nequit voluntarie eli-
gere absque praesuppositione intentionis quod obiectum electionis non sit volibile directum
et primarium [illegible] voluntatis sed indirectum et [illegible] et idcirco attingibile ratione
alterius; sed non agere nequit esse exercitium primarium et directum voluntatis
seu libertatis sed indirectum et [illegible]; cum [illegible] volitionem nequeat respicere ut
[illegible] primarium et directum exercitium negationem sui proprii actus cuiusmodi est vo-
litio positiva [illegible] et [illegible] [illegible] respiciat [illegible] aut [illegible]: ergo ex potentia volunt-
atis ad agendum et non agendum [illegible] colligit quod [illegible] possit exerceri actionem et
negationem actionis; sed solummodo deducit illam posse absolute non velle [illegible]
[illegible] obiectum particulare [illegible] dependenter a volitione positiva alterius, et ex lib-
ertate voluntatis ad intendendum et eligendum solummodo colligit quod possit
absolute exerceri non solum per actum intentionis verum etiam per actum electionis, non tamen
deducit quod [illegible] [illegible] respiciat utrumque actum, [illegible] [illegible] possit eligere, et im-
mediate elicit intentionem.

aut voluntario [illegible] [illegible] voluntas nequit exercere aliquod exercitium libero
virtualiter aut [illegible], quod non sit electio aut intentio aut [illegible] aut quod non reducatur
aut indirecte ad aliquem ex actionibus recensitis; cum [illegible] doctrinam
[illegible] [illegible] adversus [illegible] [illegible] dicet in voluntate exercitium neutrale, aut

actus

actus formalis aut interpretativus qui res est volibile neutrum, nimirum odij initus et fine; sed dato casu, quod voluntas possit exerceri exercitio voluntario et libero consistente in pura carentia actus, eius modi exercitium nesset formaliter, nec virtualiter intentio, aut electio sed quoddam exercitium neutrale: ergo degenerat a doctrina D. Thomae sententia asserens voluntatem posse exerceri immediate exercitio negativo consistente in pura carentia actus positivi. Minor constat, quia voluntas solum eligit virtualiter id ad quod eius volitio ratione alterius trahit; sed carentia actus debiti secluso quocunque actu antecedenti, et concomitanti nullatenus posset trahere volitionem ratione alterius, cum in hoc casu non daretur actus positivus in quo virtualiter aut indirecte appeteret eius modi carentia: ergo si voluntas posset exerceri exercitio libero aut voluntario consistente in pura carentia actus positivi daret exercitium neutrale, et idcirco posset voluntas libere aut voluntarie operari quin procedat elective aut intentive sed quodammodo neutrali.

soluta et neg. minorem ad cuius prob. dico maiorem distingo minorem. id quod potest, tenet et
non facit peccat omissive, si non facere procedat ab intrinseca inclinatione ipsius voluntatis concedo
minorem; si adveniat voluntati ab extrinseco, et modo quasi miraculoso et extra ordinario
nego minorem. et loquendo etsi in casu proposito, in quo supponit Deum denegare voluntati concur-
sum proprium et simultaneum ad dilect. Dei, et ad alium actum positivum impeditivum amoris et
causativum omissionis ipsius voluntas non amaret ex defectu [illegible] concursuum; tamen carentia
amoris debiti non egrederetur voluntarie ab inclinatione voluntatis cum non supponeretur ex parte
voluntatis aliquem actum positivum qui foret causa actualis voluntarie influxum in
eiusmodi carentiam ac proinde non esset omissio aut carentia aliquo modo volita
et locum nec voluntaria sed esset quaedam negatio ab extrinseco, et modo extra ordinario adve-
niens volunt. cum Deus procedendo modo ordinario et ordinario non deneget suum efficacem et concur-
sum simultaneum ad actum debitum nisi ratione alicuius impedimenti aut obstaculi se tenen-
tis ex parte voluntatis creatae ut docet D. Aug. lib. 2o de peccat. meritis cap. 17 prop-
ter Deus suis adiuvat voluntates quo nisi non adiuvent in ipsis tibi est causa non in Deo, et
D. Tho. 3o contra gentes cap. 59 quasi solum modo illa omissio potest dici volunta-
rie egredi a voluntate, quae supponit actum positivum impeditivum actus omissi, cum defici-
ente causa voluntaria omissionem Deus non denegaret promotionem aut concursum simulta-
neum ad intentum finis non voluntarie omitteret dilect. de necessitate et ab extrinseco, nimi-
rum ex defectu causae praerequisitae ad dilect.; Ita voluntas cui Deus de pot. absoluta et extra
ordinario denegaret praemotionem aut concursum simultaneum ad causam voluntariam actu-
alis omissionis liberi non omitteret voluntarie et ab intrinseco, praeternaturaliter et ab extrinseco. legatur
D. Tho. q. 2a de malo art. 1o ad 1um argum. ubi in simili proponit maiorem argumenti affirmati-
ve concedendo, quod licet potens facere bonum et non faciens peccet peccato omissionis, nihilominus per
ly non faciens intelligit puram carentiam cuiusvis actus: asserit enim Angelicus Praeceptor
quod ex illa authoritate solum habetur quod ipsum non facere bonum sit peccatum, sed tamen remanet
quod huiusmodi quod dicitur facere bonum causet ab aliquo actu, et in suppositione ad octavum
asserit, quod licet originale peccatum in recto et formaliter consistat in privatione ipsius supponit
necessario causam aliquem actum positivum nimirum peccatum actuale primi parentis ita
omissio et si essentialiter consistat in privatione actus debiti praerequirit per modum causae actum
positivum quo voluntas influat voluntarie in ipsam.

Ad 1um confirm. dico concedendo maiorem et neg. minorem. Sicut

in illo

in illo casu carentia dilect. non egrederet directe, aut indirecte ab intrin. incli nat. voluntatis sed ab extrin. lex realis causa foret negatio concursus divini ad actum praeceptum ut enim aliquid indirecte egrediatur a volunt. necessum est ut sit exercite volitio saltem in causa et tamen oportet ut aliquid egrediatur egressione directa a qua indirecte, et consequenter resultet voluntarium indirectum. Et ad praemissum resp. distinguendo maiorem ab illo ipso dicit egredi indirecte carentia actus quod efficit actum desinendo illum efficere modo connaturali et conformi inclinationi intrinsecae ipsius secundo nego. Si non efficiat ab extrin. et modo extraordinario nego mai. et loquendo quod etsi in casu proposito in quo deus denegaret praemotionem, aut concursum simultaneum ad actum praeceptum voluntas non eliciat eiusmodi actum, tamen non eliciencia actus, seu carentia ipsius nullatenus egrederetur indirecte a volunt. sed posset attribui negationi concursus divini, et ideo conveniret voluntati ab extrin.: non ut prius aliquid dicat indirecte carentiam actus necessum est ut actum posset proxime efficere, et insuper quod illum non efficiat modo connaturali et exigentiis intrinsecis et naturalis ipsius. conformis

Si enim non effectio actus conveniat ipso expresso defectu concursus extrinseci ad aliquid in se ipso causa actus efficiendi, carentia talis actus, aut actus non erit voluntaria directe, aut indirecte, et tamen nec egrediens a volunt. sed passive in illo recepto; sicut enim actus positivus non dicit voluntarius aut egrediens per praecisam eius habitudinem ad praemotionem, aut concursum quo deus movet, et adiuvat voluntatem: ad eiusmodi actum sed ratione dependentiae ab ipsa volunt. ita carentia actus debiti non dicit voluntaria aut egrediens ~~per praecisam eius habitudinem~~ ~~ad negationem~~ ~~concursus~~ a volunt. vere, negatio praemotionis physicae, aut concursus simultanei nisi voluntas ut subest negatione praemotionis ad actum debitum directe aut indirecte influeret in eiusmodi carentiam.

Ad 2um confirm. resp. ex doctrina nuper adducta quod licet voluntas sufficienter auxiliata, cui deus denegaret oblatam praemotionem physicam, aut concursum divinum, habeat potentiam proximam ad dilectum dei, tamen in illo extraordinario casu non impediret seu non evitaret carentiam, aut omissionem non conveniret illi ab intrin. ideo enim non evitaret, aut non impediret negationem amoris quod denegaret ipsi concursus divinus ad actum impeditivum eiusmodi carentiae eiusmodi est actus dilectionis; et cum deus non denegaret praemotionem ratione alicuius actus impeditivi amoris sed retendo suo potestate absoluta et extra ordinario eius defraudo se exigentias iuris et naturalis ipsius volunt. hinc deducit voluntatem in illo casu solummodo ab extrin. non vitare, seu impedire carentiam actus debiti non vero ab intrin., et nec voluntarie.

Ad 3um confirm. resp. concedendo ant. et distinguendo consequens: ergo voluntas esset proxime potens ad omissionem dilectionis ut liberam et voluntariam tamquam ad exercitium indirectum et contrarium concedo loquendo, tamquam ad exercitium directum, et contrarium nego loquendo; non etsi voluntas sufficienter auxiliata ad dilectum dei non solum sit potens ad diligendum deum, verum etiam ad omissionem dilectionis ut liberam, non tamen respicio omissionem ut exercitium voluntarium et directum, id est exercitium contrarium suae libertatis, et eiusmodi exercitium

et hoc exercitium contrarij necessario supponat liberum hinc deducit voluntatem potentem non amare non posse expedite, et proxime omittere omissione pure voluntaria, et libera quin praesupponat determinate aliquo exercitio positivo quamquam sit voluntas cui Deus denegaret praemotionem aut concursum simultaneum ad intentionem alicuius finis non haberet proxime, aut expedite ad electionem liberam; ita voluntas cui Deus denegaret suum concursum ad quemcunque actum positivum causativum omissionis liberae, aut voluntariae, nullo modo haberet ipso proxime aut expedite omissionem ut liberam, non quemadmodum proportionabiliter, quemadmodo causa proxima actualis electionis non est voluntas nude sumpta, sed voluntas sub intentione actuali alicuius finis; ita causa proxima actualis omissionis voluntariae exercitum non est voluntas separata ab omni actu positivo, sed voluntas positive se determinans ad actum positivum, in quo saltem indirecte velit ipsam omissionem.

2° potest responderi ad argumentum principale solutione veriori et magis consono doctrinae D. Thomae negando ex suppositione instantis praecepti, et advertentia rationis consilij obligationem. Deum in hac suppositione posse denegare voluntati praemotionem, aut concursum simultaneum ad omnem actum positivum causativum omissionis voluntariae; non per advertentiam rationis quo dirigitur voluntas ad liberam impletionem praecepti, aut ad eius omissionem non intelligitur cognitio speculativa, sed iudicium practicum indifferens indifferenter proponens voluntati convenientiam actus praecepti, et disconvenientiam non operantis, sive dictamen practicum prudens vel imprudens proponens voluntati convenientiam, aut disconvenientiam alicuius medij praesupponit necessario amorem aut intentionem finis, cum supponatur intentionem finis quia practicum consilium, aut iudicium de medijs, aut eius comparationem cum fine magis amato ab operante; ac proinde supposita advertentia rationis deliberata circa actum praeceptum non supponitur casus in quo Deus deneget suum concursum generalem ad omnem actum positivum qui sit causa aut occasio omissionis voluntariae; cum huiusmodi advertentia supponat voluntatem esse affectam erga aliquem finem, et ratione huiusmodi affectus iudicium practicum hic et nunc proponit voluntati aliqualem utilitatem in carentia, aut omissione actus praecepti. Et sicut ille qui advertenter, et deliberate omittit actum praeceptum prius subiective habet actum positivum voluntatis circa finem cuius intentionem oritur voluntatem potius inclinari ad omissionem quam ad positionem actus praecepti. legatur D. Thomas 1. 2. q. 6 art. 3. et in sequentibus.

Ex dictis in hoc universo dubio colligitur 1° quod ut omissio actus praecepti intelligatur libere, et voluntarie egredi a voluntate, vel ab alia causa extrinseca debet esse actus interpretativus non voluntatis ut docuimus, [illegible] carentia actus debiti neque prudenter interpretari actus voluntarius non voluntatis nisi saltem praesupponat actum positivum voluntatis: ergo neque voluntarie egredi a voluntate sive actu activo, aut concomitanti a quo causetur. Probatur minor quia carentia sive omissio carentia aut omissio actus debiti instante praecepto prout sic inter praecepta

interpretari actus voluntarius, qui aequivalet actui positivo quo voluntas vult positive carentiam aut omissionem actus debiti; sed secluso quocumque actu antecedente carentia actus debiti nequit aequivalere actui positivo, quo voluntas positive vult omissionem: ergo neque esse actus interpretativus, aut aequivalens actui positivo voluntatis. minor constat: nam actus quo voluntas positive vult omissionem est formaliter actus electivus, et non intentivus: eatenus enim aliquis proponit velle omittere quatenus apprehendit omissionem esse utilem sibi ad aliquem finem apparentem, videlicet ad evitandum laborem, seu ad recreandum laborem: atqui ergo omissio, aut carentia actus tunc secundum se quia non sit bonum physicum, aut morale nequit esse obiectum intentionis voluntatis. sed propter de ratione aliqualem utilitatis ad finem amatum ab omittente. et sicut omissio solum potest esse volita electivè, et non intentivè; sed pura carentia actus non supponit volitum positivum alicuius finis nequit interpretari aequivalere electioni, cum haec supponat essentialiter intentionem finis; et in extremo interpretationis prudentialis debeat intercedere convenientia, quae sit fundamentum ad interpretandum prudentialiter, et non stulte, et imprudenter: ergo pura carentia actus debiti non potest ab voluntate, aut intellectu quantitativa aliqua eius finis seu omittentis, neque prudentialiter est cum fundamento interpretari volito actualis huiusmodi carentiae, aut omissionis. Ideo ut interpretative dicatur volitio omittendi necesse est ut supponat actum intentivum, in quo aliqualiter conveniat cum voluntate omittendi.

Tertio colligitur quod etsi omissio voluntaria in ratione voluntarii non supponat actum positivum voluntatis, id tamen dicitur formaliter peccaminosa ratione eiusmodi actus, sed ratione sui ipsius, ut cadit sub potestate et dominio voluntatis. ratio formalis peccati consistit in oppositione regulae rationis seu moralitatis, cuiusmodi est lex; sed omissio aut carentia actus praecepti, existente praecepto affirmativo ratione sui ipsius, et non ratione actus antecedentis aut concomitantis opponitur legi aut praecepto affirmativo, nam sicut positio actus indebiti opponitur praecepto negativo, ita omissio, aut privatio actus praecepti praecepto affirmativo, iuxta doctrinam D. Thom. q. 2 de malo art. 1. eo modo quo affirmatio opponitur negationi, negatio opponitur affirmationi; ac proinde quemadmodum voluntas dicitur formaliter transgressiva, seu transgrediens praeceptum negativum positione actus indebiti, ita redditur transgrediens praeceptum affirmativum omissione aut privatione actus praecepti: et huiusmodi omissio nequeat voluntarie egredi a voluntate omittentis aliquo praesupposito, aut concomitante actu positivo. 3o colligitur quod etsi ad hoc ut omissio alicuius actus sit culpabilis, aut peccaminosa, requiratur obligatio aut praeceptum operandi huiusmodi actum, absolute tamen ad rationem omissionis voluntariae non requiritur obligatio aut praeceptum de operatione omissa. nihil enim requiritur ad rationem voluntarii abstrahentis a voluntario culpabili, et inculpabili quam quod procedat a voluntate quae est princeps exercitii voluntarii cum cognitione, aut advertentia sit ab obl. sed omissio actus non habentis praecepti praecepto affirmativo potest egredi indirecte a voluntate cum advertentia ad talem actum. nam potest aliquis die feriali advertens ad hanc opportunitatem audiendi sacrum, et potens illud audire omittere auditum sacri eligendo studium aut aliud in se pole et caritativum omissionis: ergo ad voluntarietatem omissionis non requiritur praeceptum aut obligatio ad actum omissum, sed sufficit ut voluntas illum indirecte velit in tali oblata occasione.

Ex Theologia, et gravissimo

Utrum peccatum omissionis malum malitia morali per privationem debitæ rectitudinis, vel per positivam tendentiam ad objectum.

Ante resolutionem propositæ difficultatis suppono 1º peccatum omissionis esse creatum, etiamsi ejus includere nequeat defectum moralem, rationem cujus denominatur moraliter deficiens, et non ratione hujus mali defectus cum quo decretum non includat, sed debeat subjectum denominare, quia etiamsi circa quod inquiritur, quid sit formale constitutivum peccati in ratione mali moralis non aliud examinatur quam forma præstans actui per minorem denominationem formalem malitiæ moralis.

Notandum est malum esse duplex: unum quod dicitur malum simpliciter, quod opponitur bono transcendentali, omnis bonitatis et perfectionis carentiam importat; aliud quod vocatur malum ejus seu respective: et illud triplex est, nempe malum naturale, artificiale et morale. 1º dicitur illud quod privat subjectum aliqua perfectione naturali et connaturaliter debita; sic mors ejus est malum naturale rei animalis, et calor respectu aquæ, quia illa privat animal sanitate, iste aquam frigiditate, quæ connaturaliter eis debitæ sunt. 2º est illud quod privat artefactum perfectione aliqua sibi debita juxta regulas artis, ut cum imago sua debita proportione caret. 3º et 4º spectatur illud, quod removet actionem creaturæ rationalis a rectitudine sibi debita, ut quod privat eam fine sibi debito, vel debitis circumstantiis, seu commensuratione ad legem, et rectam rationem.

Notandum 3º, seu ponitur suppositum, ut certum, peccatum omissionis in ratione mali simpliciter per privationem constitui. Ratio est quia, ut diximus, malum simpliciter opponitur bono transcendentali. Sed nihil positivum potest constituere peccatum omissionis in ratione mali opponiti bono transcendentali, ergo per privationem in ratione mali simpliciter, et consequenter in ratione talis per privationem nes-

tionis D. Thomist. Min. prob.: Omne positivum est transcendentaliter

et coent. bonum transcendentale. Cum bonitas transcendentalis entitatis sequatur: ergo in positivis, opponit. bono transcendentali, et coent. nequit constituere peccatum omissionis in ratione mali oppositi bono transcendentali.

Prob. Mi.: mali simpliciter, ut tale, nullas explat, sed implat rationem boni. Sed de positivis in peccato omissionis repertis, implat aliquam rationem boni; non vero privatio: ergo potest constituere in ratione mali simpliciter per positivum, sed dumtaxat per privationem. Min. prob.: ens in quantum ens, seu ut dicens ordinem ad existentiam, est bonum, et appetibile, ut docet. in metha.: sed de positivis in peccato repertis implicat rationem entis dicentis ordinem ad existentiam, non vero privatio, quippe est mera entis carentia: ergo de positivis in peccato omissionis repertis, implat aliquam rationem boni, non vero privatio.

Notandum 3°.

In peccato omissionis plura reperiri, nempe substantiam actus, seu entitatem realem, et physicam ipsius operationis peccati, aversionem ab obiecto dissono legi divinae, et rectae rationi, seu positivum ordinem ad obiectum, ut moraliter malum obiective, et plures privationes, quae extant in aversione, seu ordine positivo ad obiectum dissonum, et moraliter malum, in tali actu manant, nimirum privationem, quae privationis directionis actionis ad Deum, ut ultimum finem, quae aversio appellatur, et privationem rectitudinis, seu conformitatis cum lege, et ratione.

His divisi sunt in tres sententias quarum 1a. asserit formale peccati in ratione mali moralis consistere in entitate positiva, et privatione rectitudinis debitae actus. 2a. asserit peccatum omissionis formaliter et in recto constitui mali malitia moralis per entitatem positivam ipsius actus, idest per eius tendentiam positivam ad obiectum dissonum legi et rationi. Hanc tenent plures valde P. candidos Patronos nostrae recentiores quidem nihili fundamentis. quorum 1um sumitur ex D. Thom. testimonio, in quo videtur docere

Malitia formalis actus peccaminosi consistere in tendentia positiva ad obiectum disconveniens rationi; nam malitia moralis peccati omissionis consistit in illo, a quo sumitur species peccati; sed unum peccatum non distinguitur ab altero per privationem, sed per conversionem positivam ad obiectum malum; ergo malitia formalis peccati in hac ipsa conversione consistit et non in privatione debitae rectitudinis. Manifestatur ex D. Thoma art. 7 ad 1um q. 72. 1ae 2ae ubi docet speciem peccati non sumi a privatione rectitudinis, sed a tendentia positiva ad tale obiectum: his verbis: Species peccati non sortitur speciem ex privatione aut aversione, sed ex conversione ad obiectum. idem docet q. 1a de malo art. 4 ad 12 ubi ait quod bonum et malum non est differentia propria nisi in moralibus, in quibus malum positive aliquid dicit. 2o quia actus voluntatis denominatur malus a voluntate.

Confirmatur 1o: nam D. Thomas 1a 2ae q. 72 art 6o asserit formalem differentiam specificam peccati attendi 2o ex diversitate obiecti propria, ac ex differentia propria; sed ratio malitiae consistit specifice per ordinem ad D. Thomam peccatum formaliter. Sumitur obiectum, et non per privationem rectitudinis.

Confirmatur 2o: nam peccatum est malum morale sed malum morale pro formali importat aliquid positivum distinctum a privatione: ergo. Probatur minor nam iuxta doctrinam D. Thomae q. 1a de Malo art. 1o ad 4um malum morale prout distinguitur a malo physico, aut naturali contrarie opponitur bono, et non pure privative, sed si peccatum pro formali consisteret in effectu privativo non opponeretur contrarie bono cum oppositio contraria solum modo intercedat inter entia positiva: ergo si iuxta verba, et mentem D. Thomae malum morale opponitur bono oppositione contraria necesse est ut constituatur peccatum per positivum, et non per privationem.

(Similit. D. Thomas q. 2 q. 6. art. 2. in solutionem ad 3 asserit deformitatem non solum importare privationem debitae rectitudinis sed etiam dicere contrarium ex eo inde exortum. Colligitur malitia formalis peccati etiam in positivis dicere opposita bono mali.

Aut. D. Thom. 1a Secundae q. 72 art. 1. ubi loquitur de specificatione mali peccatorum aperte docet peccata differre specie per obiecta, sed si malitia formalis peccati consisteret in privatione debitae rectitudinis unum peccatum non distingueretur specifice ab altero per habitudinem ad obiectum, seu per habitudinem ad formam sibi oppositam, cum dicto specifica privationum habeatur per ordinem ad formas, quas privant; surditas enim distinguitur a caecitate non solo, quia privat nimirum quod una privat auditu altera visu, ergo si iuxta doctrinam D. Thom. peccata distinguuntur specie per habitudinem ad diversa obiecta necessarium est ut malitia formalis consistat in tendentia positiva ad obiectum.

Corroboratur etiam haec ratio a priori ante privationem debitae rectitudinis intelligitur in peccato omissionis tendentia libera ad obiectum dissonum legi et rationi; sed huiusmodi tendentia pro priori ad privationem est mala moraliter, ergo pro priori ad privationem peccati omissionis est malum formaliter et consequenter formalis malitia non consistit in privatione: maior probatur, ideo enim in actu peccaminoso resultat privatio debitae rectitudinis, quia talis actus tendit in obiectum dissonum legi et rationi et moraliter: nam quivis actus specificationem sumit speciem et denominationem ab obiecto in quod tendit: ergo tendentia positiva ad obiectum malum dissonum et obiectum deforme rationi et legi debet de actus in actus moraliter et consequenter si pro re intelligitur privationi rectitudinis tendentia positiva ad obiectum malum necesse est ut intingatur mala malitia moralis ante resultantiam privationis.

Deinde Corroboratur: nam peccatum omissionis habet malitiam formalem distinctam a peccato omissionis

omissionis; sed si non haberet formaliter malitiam per carentiam aut privationem rectitudinis nullatenus. Quod si duplicatur formalis malitia, formaliter distingueretur a peccato omissionis: ergo ut verificetur distinctio peccati commissionis a peccato omissionis, necesse est dicere malitiam formalem peccati commissionis consistere in tendentia positiva actus ad obiectum dissonum. Minor probatur: formalis unius peccati negative distinguitur ab altero per id quod utrique est commune, cum ratio communis pendeat convenientia, et non distinctione; sed peccatum commissionis formaliter sumptum consistit in privatione seu carentia actus debiti: ergo si peccatum commissionis esset formaliter malum ratione privationis non haberet malitiam distinctam formaliter a malitia peccati omissionis.

Probatur 1° nam habitus vitiosus intemperantiae vel alterius vitii quoad malitiam seu formalem deformitatem proxime non consistit in carentia, aut privatione perfectionis debitae: ergo similiter actus non constituetur malus formaliter privatione debitae rectitudinis, sed positiva tendentia ad obiectum dissonum rationi. Consequentia videtur certa, cum habitus vitiosus intemperantiae specificetur ab actu vitioso intemperantiae, et consequenter si formalis malitia habitus non consistit in privatione, sed in inclinatione positiva voluntatis ad intemperanter operandum, necesse est, ut intemperantia actualis, quae illi correspondet, consistat in positiva tendentia, et non in privatione rectitudinis. Antecedens autem probatur, quia habitus intemperantiae contrarie opponitur virtuti temperantiae, et non privative vel per se probatur, praeterea quia habitus vitiosus, est qualitas nata ex actibus acquisita, sed qualitas est species entis positivi: ergo habitus vitiosus adaequate constituitur per aliquid positivum, positive inclinans ad peccandum.

2° Probatur: malitia, aut deformitas peccati commissionis consistit formaliter in illo, quo unum peccatum in ratione mali moralis distinguitur ab alio; sed unum peccatum ratione duplicatae formalis malitiae moralis non distinguitur specifice ab altero ratione privationis rectitudinis: ergo formalis malitia non consistit in huiusmodi privatione

min. grat. nq dant. duo peccata sentia malitias specificas, fallit. dictis
aliq. privationib. specifice dictis, ut est in prodigalitate, et avaritia, quae
specifice distinguunt. quiquis diversi ant in carentia, aut privat. ejusdem
rectitudinis; Cum unum privet rectitudine liberalitatis, quae est ejusdem
spei, et privations nonalit. distinguant., quam per ordinem ad sua, qua privant, et id circo stante unitate sua privat. nequit dari diversitas ad
privas; ergo unum peccatum non distinguit. realiter ab alio, hoc privans, aliud
peccatum affecta privat. ejusdem virtutis est mala, eadem specifica malitia, quod dictat esse falsum.

Arguunt contra ...

Nunc, nequeunt ... nq eatenus indicant malitiam formalem peccati ... ...
sionis dicere morialiae, et non intendentiae positiva, ... sequeret. malitiam
formalem peccati esse causatam a Deo cum nullam entitatem positivam, subst. fugiat causalitatem
divinam; ... peccati distat in affectu privativo, id est in diversis
... nit nn... grat. ... nq fundamentum privatis debite ...
... re duplicative ut tale est aliquid positivum, cum non sit privatio, ...
... possit fundari in altera privat., alioquin daret. processus in infinitum;
... fundam. ... reduplicativ. fundant. non causat. a Deo,
alioquin ab ipso causat. altera privatio cum ipsa lesit fundum specialiter ut tale
causat. ab aliqua causa, quin hoc est ... fundatum; nq causa ...
... causa causati per illum causam, ...
quia in malitia formali peccati distat in aliquo positivo ... hinc ...
... peccatum quo ... debiat formalem causari a Deo.

Peccatum distat in positivo per a Deo causari sub ... formalis licet malitia formalis
... et ... deformitatis ... quatenus sequeret. peccatum causari a
Deo ... hoc malitiam ... grat. ... non ... ... causabilitas,
in causabilitatis, quae defectibilitas indefectibilitatis, sed in actu libero Dei
per deficere terminas ad creaturam, quae est ... cum entitate actus
qui in posuit deficere, nec deficiat entitas actus; ergo similiter in peccato
per causari a Deo entitatem positivam, quae quod ... est cum malitia

formali, quin causetur malitia formalis, habet explicite, et formaliter malitiam.

Ultimo pro solidius se muniunt auctores huius dictae, nam actus peccaminosus furti, v. g. odii Dei proximi, infert malum malitiae moralis, quae importat privationem debitae rectitudinis, quod tendentiae positivae ad obiectum difforme legi negativae contradicat habere malitiam formaliter, formali malitia positiva distincta a malitia privativa, ut intelligitur privatione rectitudinis. Probatur ans., nam peccatum furti, et aliud huius modi actus oppositus praecepto negativo prohibitus formaliter malum morale perinde, ac eo formaliter prohibitus transgressivus legis, seu praecepti negativi; sed non prohibitus formaliter transgressivus legis negativae per privationem rectitudinis et pertinentiis, sed per tendentiam positivam ad obiectum difformem, seu indebitum, quod praeinsinuat actum malitia formali positiva contra ad privationem rectitudinis. Minor certa siquidem eodem modo, quo actus virtutis praeceptus lege affirmativa, seu praeceptiva boni moralis prohibitus bonus formaliter perinde, ac in eo actus et implet eius modi praeceptum, ita actus peccaminosus prohibitus lege negativa prohibitus malus moraliter perinde, quo redditur transgressivus praecepti negativi, seu prohibitivi mali, et maior probatur: nam lex negativa frangitur formaliter per id, quod opponitur directe eius praeceptis per leges negativas, sed id quod directe, et formaliter opponitur eius praecepto per leges negativas non in carentia, sed est actus positivus furti, et non negatio, aut privatio, cum ea praecepta sit negatio talis actus, cui negatio non opponi formaliter aliqua privatio, aut negatio, cum sit impossibile negationem tolli per aliam: ergo praeceptis negativis praecipientibus negationem actus peccaminosi non frangitur formaliter per privationem rectitudinis, sed per positivos actus positivos, quo voluntas positive tendit ad obiectum difforme eiusmodi legi.

Confirmatur 1°. Caeterum lex affirmativa frangitur formaliter carentia, negatione seu privatione actus debiti, et non ratione alicuius tendentiae positivae, quia eiusmodi lex praecipit actus debitos seu quia mandat

praecep-

praecepta a lege affirmativa est positivo actus, peccatum cui opponitur, puram carentiam actus nimirum actus; sed sicut lex affirmativa praecipit actus positivos virtutum seu debitos, ita lex negativa praecipit negationem actus indebiti ut constat: ergo sicut omissio opposita legi affirmativae est transgressio legi per puram carentiam actus debiti ita peccatum commissionis oppositum legi negativae est transgressio legis per actus positivus indebiti et non per carentiam aut privationem rectitudinis.

2° Probatur. negatio aut privatio actus odii Dei ut praecepta negativa est bona bonitate morali ergo actus positivus bonitatis est malus moraliter ratione entitatis positivae, et consequenter peccatum commissionis constituitur formaliter malum ratione tendentiae positivae actus indebiti independenter a privatione rectitudinis. antecedens constat nam ... ...

ne rali non requirit, ut privet ipsum aliqua rectitudine, aut boni-
tate morali sibi debita, sed sufficit ut huiusmodi actus sit disso-
nans naturae rali. Sed peccatum omissionis non tendit per positivum ad obiectum
indebitum, seu prohibitum lege negativa, ergo formaliter dissonans naturae rali.
Cuius sit Doctrina nostri inclyti ipsius: nam ut communiter docent theologi [illegible]
Ang. Praeceptore de peccatis est quod non est de rectificatione summa
so in peccato omissionis, antea ad privationem debitae rectitudinis fundat.
malitia formalis positive, progrediens ex defectu non minus formaliter malitia mo-
ralis. 4a. Ratio videtur certa: nam [illegible] Dochina [illegible] eatenus
malitia formalis actionis peccaminosi consistit formaliter in privatione prout
dicta ab entitate positiva, quatenus malum communiter sumptum ut abstra-
hens a malo morali, et physico pro formali importat privationem, seu co-
rruptionem integritatis. ac proinde si de facto datur malum physicum
pro formali consistens in entitate positiva, et non in privatione, etiam
dabitur de facto malum morale formaliter positivum pro formali impor-
tans tantum positivum: et ansam praebet nam sextus digitus, est formaliter
malum in homine cum homo habens sex digitos sit monstruosus contra
dispositionem corporalem, sed sextus digitus non est formaliter privatio
alicuius entitatis physicae et positivae, sed potius positio entitatis
positivae indebitae; ergo ut aliquid subiectum dicatur physice malum non requi-
ritur ut privetur aliqua perfectione positiva, sed sufficit
ut subiiciatur alicui entitati positivae sibi dissonanti contra exigentiam
suam.

His stantibus fundamentis: Prima sententia quoque non obstantibus
oppositum asserat ultima, et a me amplectenda est. Dico [illegible] privationem   Dico.
prioris rectitudinis, seu ordinis ad debitum finem esse formale [illegible]
in ratione mali moralis, sive quod agitur de non minus actus [illegible]
quoque [illegible], et [illegible]. Probatur primo ex doctrina [illegible] 1a 2ae q. 18 art. 1. ubi
docet: actiones humanae constitui malae formaliter in ratione entitatis positivae,
sed per eius rationem privationis debitae perfectionis: quod quidem affirmat [illegible]
in Corp. art. his verbis: Dicendum quod de bono, et malo in actionibus
humanis

humi oportet loqui sicut de bono et malo in rebus: in rebus autem unumquodque tantum habet de bono, quantum habet de esse: bonum enim et ens convertuntur. = Unde in quantum aliquid habet de esse, tantum habet de bonitate; in quantum vero aliquid deficit a plenitudine essendi sibi convenientis deficit a bonitate, et dicitur malum; sic igitur in actione in quantum habet aliquid de esse intantum habet de bonitate, in quantum vero ei deficit aliquid de plenitudine essendi quod debetur actioni humanae, in tantum deficit a bonitate, et sic dicitur mala. = Ecce quomodo Angelicus Praeceptor aperte nos docet D. Th.: nam 1° affirmat bonum, et malum in actionibus humanis distingui formaliter eodem prorsus pacto, quo distinguitur malum in rebus; sed certum est in sententia D. Thomae res non distingui malas malitia opposita bonitati transcendentali entitate positiva, sed privatione boni ipsis debiti; ergo nulla actio humana distinguitur mala entitate positiva ipsius actus, sed privatione bonitatis, aut rectitudinis ipsi debitae cum sit mala, sicut utar verbis D. Thomae, in quantum caret plenitudine essendi, quae actionem humanam = 2°: in praedictis verbis affirmat actiones humanas esse bonas in quantum habent aliquid de esse, et esse malas in quantum deficiunt a plenitudine essendi: sed deficere a plenitudine essendi est carere rectitudine sibi debita; ergo in mente D. Thomae malitia actionis peccaminosae consistit formaliter in defectu privativo, et in carentia debitae rectitudinis: sicut oculus distinguitur malus caecitate, aut carentia visus ipsi debitae 2° nam, quod est exemplum allatum a D. Thoma in corpore praealegati articuli.

Insuper probatur ex eodem Angelico Doctore in disp. q. 11 a. 6 in corpore ubi ex professo explicans definitionem peccati traditam a D. P. Aug. docet privationem rectitudinis esse formale distinctivum peccati in communi: his verbis: Peccatum nihil aliud est quam actus humanus malus, quod autem aliquis actus sit humanus habet a voluntate, quatenus est voluntarius, habet a ratione humanus quod sit formaliter malus: quia caret debita commensuratione. Sed carentia debitae commensurationis est carentia, seu privatio debitae rectitudinis, cum rectitudo actus humani consistat in commensuratione cum regula rationis; ergo etc. = et ago tres cum D. Thoma, pertractat de formali distinctivo mali moralis in rationalis, illud reducit in privationem et non in positivam tendentiam actus ad obiectum.

cum asserit peccatum esse actum humanum rōe liberae egressionis à Voluntate humana, et esse malum rōe Carentiae debitae commensurationis. = Legatur D. Thomas 1a 2ae q. 71 art. 2 ubi in resp. ad 3um argum. asserit: actus humanus non sumere speciem à privatione in qua consistit formaliter rō mali moralis, sed ab objecto cui coniungitur talis privatio ~~rōe difectus quem~~ et id circo ipse de fecibus, qui dicitur non esse a Deo, pertinet secundum dictos actus. quibus verbis expresse docet nostrum thema scilicet rōem ~~formal~~ mali moralis formaliter esse privationem et non tendentiam positivam ad objectum, a quo desumitur species actus humani. = Videatur enim D. Thomas in disp. q. 2 de malo art. 5. ad 4um ubi expresse docet, malum formaliter sumptum consistere in privatione ordinis actionis, sicut malum poenae in privatione Visionis Beatificae: culpabilis enim dicitur homo eatenus quod non agit actionem privatam ordine debito actionis = Rursus potest videri D. Thomas q. citata de malo art. 4. ad 7. ubi affirmat privationem omnem esse effectum peccati per modum poenae; malum vero culpae formaliter sumptum esse privationem modi, speciei, et ordinis in ipso actu Voluntatis. = et in resp. ad 6um ubi asserit malum communiter sumptum esse privationem mali ordinis speciei et modi in communi malum poenae esse privationem huius perfectionis in ipso agente et malum culpae in ipsa actione Voluntatis, et id circo malum poenae esse in Voluntarium, seu contra Voluntatem, et passivum, et malum culpae Voluntarium. = Alia quamplurima testimonia possem accumulare quibus expresse ostenditur malitiam peccati consistere in privatione, et non in tendentia positiva ad objectum: sed praeallegata sufficiunt, illis enim sufficientissime ostenditur mens D. Thomae in hac parte. —

2° Probatur ratione. Deo rōe nam malum in communi prout abstrahit à malo morali et physico formaliter consistit in privatione bonitatis et non in tendentia positiva, seu positiva entitate: ergo malitia moralis actus in privatione rectitudinis consistit, et non in tendentia positiva actus ad objectum dissonum legi, et rationi. antecedens probatur ex D. Thoma q. 2 de malo art. 1° et ex D. Augustino qui scribens contra Manichaeos aperte docet malum, ut malum esse nihil, et id circo malum non esse factum per Verbum Divinum per quod omnia facta sunt, et praeterea quod

cum

ergo si rog dicet malum id requi rere pirse [illegible] commune catholicis mali, sicut bonum, et contra non dari duo [illegible] ut ostendunt scientiae, et cum prat. ergo privatio, aut negatio nequit dividi in sua inferiora per diff. entis positivi: ergo si malum in communi non consistit in entitate positiva, sed in privatione nequit species mali particularis, sicut in actus humanus, [illegible] rere in positivo, sed in carentia, et speciali privatione rectitudinis debitae.

Prat. ergo bonitas [illegible] formaliter sumpta consistit in integritate; catenus enim res dicitur bonum simpliciter, quatenus constat integritate partium perfectione, quae ei debentur exigentiae: ergo malitia moralis actus consistit in carentia integritatis: sed carentia integritatis moralis nil aliud est quam carentia, aut privatio rectitudinis ipsi debitae: ergo huiusmodi privatio constitutiva formalis malitia actus formaliter sumptus. Prat. cum ergo quemadmodum concurrit integritas physica ad constitutionem boni physici, ita integritas moralis ad constitutionem boni moralis: ergo si sola carentia integritatis physicae constituit malum physicum, etiam carentia integritatis moralis constituit actum malum malitia morali.

Resp. cum D.º Thoma, malum tam physicum, quam morale esse duplex: aliud dicitur malum simpliciter non mixtum nullo includens bonitatem, et huiusmodi malum est privatio boni; de quo videntur loqui S. Th. et Aug. et alii PP. asserentes malum non esse aliquid positivum, sed privationem, aut corruptionem boni; aliud dicitur malum secundum quid, seu respective, non quia sit per se malum, sed quia malum est particulari, sicut ignis, qui est malum ratione aquae; unde etsi carentia, aut privatio rectitudinis reperta in actibus, ex amissione dicatur malum morale simpliciter, non hinc sequitur illam esse rationem formalem malitiae formalis actus humani, sed ipsa tendentia ad objectum disconveniens, cum tali tendentia sit malum respectivum, id est malum positive disconveniens rationali.

Sed-

Sed hæc sententia impugnatur. 1º quia nulla entitas positiva dicitur mala, mala respective ratione entitatis positivæ, sed ratione privationis perfectionis alterius resultantis; eatenus enim calor receptus in aqua dicitur malus physicus respectu ipsius aquæ, quatenus ipsam privat frigiditate, aut alia perfectione sibi debita, si enim aqua calefacta cum positiva entitate caloris retineret frigiditatem, et alias perfectiones sibi debitas, non esset calor physice malus respectu aquæ, cum in hoc casu retineret plenitudinem essendi, aut integritatem ipsi debitam. Atqui ergo privatio resultans ex entitate positiva est quid formaliter denominans malum, in ratione mali, et idcirco entitas positiva ratione positivi respectus ad subiectum mali, et idcirco entitas positiva ratione positivi ... ad subiectum tantummodo dicitur malum causaliter, quatenus causat in subiecto malitiam in privatione formaliter consistentem. =

2º impugnatur, quia quemadmodum malum culpæ est malum respective respectu naturæ intellectualis, ita malum pœnæ, ut expresse docet D. Thomas quæstione 1. de malo art. 4 in corpore ubi dicit esse malum naturæ intellectualis in malum culpæ, et pœnæ; sed malum pœnæ etsi sit malum tantummodo respectu naturæ intellectualis, ut ibidem docet Angelicus Præceptor; pro malum tantummodo respectu naturæ intellectualis, ut ibidem docet Angelicus Præceptor; pro formaliter consistit in privatione boni delectabilis, ergo malum culpæ in actione consistit in privatione honestatis et rectitudinis; et confirmatur: sicut actiones pœnales, quæ causant in natura intellectuali privationem boni delectabilis non dicuntur malæ nisi causaliter tantum, nimirum quatenus causant privationem boni delectabilis; ita actio humana tendens ad bonum commutabile non dicitur mala nisi causaliter, nimirum quia bonum causat privationem bonitatis, et rectitudinis debitæ. ==

3º impugnatur: quia malum culpæ non est malum respective, sed malum simpliciter, ergo si malum simpliciter formaliter consistit in privatione boni, ut fatentur adversarii, etiam malum culpæ

culpæ [illegible] iniquitate debitæ rectitudinis. Ans probat; id quod solum modo est malum 23e, aut respective, et bonum absolute, et 23e; sed malum culpæ pro formali non est aliquo modo bonum, aliquem formalis defectus peccati posset aliquo referri in Deum quod pugnat, et negat. a D. Thoma 1. 2æ. q. 79 art. 1. ad 3 ubi docet; malum pœnæ esse tantum modo respective ratione illius, qui punit, et ideireo posse causari a Deo, et ad ipsum ordinari, sed culpa opponi bono [illegible], et consequenter non esse ordinabilem in Deum; ergo [illegible] = Legatur Illustrissimus [illegible] qui pertractando de malitia formali actus peccaminosi efficaciter probat peccatum esse malum simpliciter, et ideirco falsum esse [illegible] asserentes peccatum pro formali esse malum 23 quid. =

3.° Probatur nostra 2.ª pars: nam voluntas creata non constituitur deffectibilis in actu 1.° per entitatem positivam ipsius, sed per negationem: ergo actus peccaminosi procedentes a voluntate deffectibili, non constituuntur mali formaliter entitate, aut tendentia positiva, sed per privationem rectitudinis. ans probatur ex D. Thoma pluribus in locis, et præcipue ex 1.ª 2æ. q.ª 75 art. 1.° in corpore ubi ait: voluntatis esse deffectibilis quia caret directione rationis, seu quia procedit ad opus sine directione regulæ rationis, aut legis divinæ, unde negatio procedit ad opus identificatur, vel directionis cum prima regula est constituens voluntatis creatæ moraliter deffectibilis, seu potentes ad peccandum: et consequentia probatur quia nulla causa, aut entitas constituitur causativa alicuius entis positivi, per negationem, cum positivus effectus exigat causam positivam: ergo si voluntas negatione constituitur potens peccare, seu deffectibilis necesse est ut reddatur ipsa malitia actus peccaminosi privativa, aut carentia, et non aliquid positivum.

Probatur: peccatum 23 pro formali procedit a voluntate creata, ut deffectibilis, et non ut efficiens, ut supponitur, sed voluntas non constituitur deffectiva per entitatem positivam, sed potius sua entitate positiva est ratio [illegible] effectivus et.

Negatione constituit defectiva: ergo voluntas non est causa deformitatis moralis actus peccaminosi ratione entitatis positivae, sed ratione negationis identificationis cum sua regula, et ideo ratio eius moralis difformitas nequit consistere in entitate positiva.

Urget: Voluntas est causa peccati proprie(?) formalis, ratione potentiae peccandi; sed voluntas non constituitur potens ad peccandum per aliquam formam positivam, sed per negationem: ergo voluntas non constituitur defectibilis sua entitate positiva, et consequenter actus non redditur formaliter malus per entitatem positivam, sed per expositionem(?) rectitudinis. Maior certa est, et minor probatur: nam voluntas non constituitur potens ad peccandum per aliquid quod nullatenus causatur a Deo, cum nec peccatum formale, nec potentia ad peccandum sint a Deo, ut docet D. Thomas in 3° dist. 12. q. 2a. art. 2°. ad 6. ubi ait, quod potentia peccandi non est a Deo, licet substratum eius sit a Deo. Sed positiva entitas voluntatis causatur a Deo, quae est subiectum negationis in qua formaliter consistit potentia peccandi. Sicut formalis malitia peccati, quae consistit [illegible], potentia peccandi consistit in privatione rectitudinis actualis. Urget:

amplius, et probatur quod dictum est [illegible]: nam voluntas constituitur indefectibilis moraliter, seu impotens ad peccandum, ratione identitatis cum sua regula rectae operationis, ut multoties docet D. Thomas; ergo e contra formaliter constituitur defectibilis per negationem huius moralis identitatis. Consequentia videtur certa: nam quemadmodum se habet identitas cum sua regula ad indefectibilitatem moralem, ita defectus identitatis ad defectibilitatem: ergo sicut formaliter constituitur indefectibile est identitas ipsius cum sua regula, formaliter constituitur defectibile est carentia eius identitatis; nam quemadmodum opponuntur defectibile, et indefectibile in moralibus, ita se habent ac opponuntur lucidum, et tenebrosum. Unde peccata in sacris literis, et in doctrina SS. Patrum sunt tenebrae, seu opera tenebrarum: ac proinde sicut lucidum constituitur subiecto luce, et eius carentia vice versa tenebrosum, ita praesentia suae regulae, seu identificatio cum ipsa constituit voluntatem inde-

indeffectibile, et cuius absentia, aut carentia constituet voluntatem deffectibilem, seu potentem operari deffectuose.

Ultimo prob. nostra assertio: quia malitia physica actus peccaminosi consistit in aliquo, quod nullatenus à Deo causatur; cum catholici supponant adversus Lutheranos, et alios hereticos, Deum non esse causam peccati pro formali malitia; sed si peccatum quoad formale malitiae esset ens positivum, debetur dici, agnoscere Deum esse causam illius, cum Deus sit prima causa cuiusvis entis positivi. Ergo ut negetur Deus esse absolute causa malitiae formalis peccati, necesse est, ut concedatur eiusdem malitiae consistere in defectu privativo, aut in privatione debitae rectitudinis.

Nec satisfacies si respondeas cum adversariis dicendo quod esto malitia moralis peccati consistens in tendentia positiva, sit ens simpliciter, et ideo non dicatur Deus esse causa peccati sub ratione entitatis, sed tamen est causa deformitatis moralis, quae consistit ex praecise explicitis dictis quatenus ab entitate inclusa in actu peccaminoso ..

Non inquam satisfacit haec solutio, cum communiter fideles adversantur, ne deformitas illa positiva, quae explicite praecise est quid deformitatis positivae, sed nulla differentia entis positivi realis potest subterfugere causalitatem divinam: cum ratio subquam omnia subijciuntur causalitati divinae, sit communissima ratio entis, et convenit quoad constituitur sub ente tanquam differentia substantiativa huius, ergo causatur à Deo tanquam à primo ente: ergo si deformitas moralis peccati est differentia constitutiva, necesse est, id esse aliquid causatum à Deo.

Extenditur causalitas primi agentis in causando effectus, in quibus extenditur praedicatio entis positivi et realis; ut docet D. Thom. 1a p. Sed deformitas positiva actus ad se totius distincta ratione vere praedicatur ratione entis positivi, aliquin ens non esset praedicatum universalissimum transcendentis, quod communiter negatur à nostris Thomistis. Ergo si malitia formalis actus peccaminosi consisteret in aliquo positivo causaretur à Deo sub ratione entis.

Nec obstat si respondeas virtutem deformitatis peccati causari à Deo sub reduplicatione entitatis

entitatis non Vo sub reduplicatione deformitatis explicite; = nonne
inquies stat hoc effugium: nam ut absolute verificetur Deus est causa peccati
non requirit ut illius causa sit sub reduplicatione eius ipsius expressit dispo-
sitivus, sed sufficit ut sit causabile Divina causalitate sub ratione entis;
Sed si deformitas peccati ex habitu includitur ratione entis absolute verificat.
peccatum esse causatum a Deo: probatur. actus nam actus vitalis creatus Vo causat.
a Deo tanquam a 1a causa, quin illud est sub dispositione vitalitatis eius ratione sub qua
actus vitalis causatur a Deo non sit vitalitas ipsius. Ratio entis transcendens
vitalitatis, ita quamvis deformitas peccati non causetur a Deo
sub dispositione explicita deformitatis ita ut ratio sub qua causari sit deformitatis
actus nihilominus verificatur illius causari ratione entis, quae simul implicite
imbibit, ita ut causalitas Divina [illegible] tanquam ad rationem
quae causata, et identitatis essentialiter in illa includitur, tanquam ad rationem
sub qua.

Respondetur majori, nam [illegible] et liberat [illegible] voluntatis creatae ad
bonum et mutabile, in qua existimant [illegible] malitiam formalem peccati, pro
[illegible] causatione a Voluntate creata quam effectivam. Sed quod procedit a Vo-
luntate creata reduplicative, non ut effectiva causat a Deo, ut
1a causa effectivas: quod requirit [illegible] formalis malitiam peccati, in [illegible],
quin [illegible], ipsius esse absolute causata a Deo. [illegible] nam [illegible]
[illegible] exercitium liberum, et [illegible] voluntatis creatae sub ratione [illegible]
[illegible] ad obiectum, et [illegible] voluntas influit in illud influxu effectivo,
[illegible] sit prius [illegible] effectibus suis actus, et [illegible] nam [illegible]
[illegible] effectibus [illegible] insufficiendo subordinatur Deo; alioquin Deus non esset pri-
mus prius effectibus: quod [illegible] procedit a Voluntate creata, ut effectiva,
procedit a Deo tanquam a 1a causa effectiva. Unde ceterum dicitur
Voluntatis creatae [illegible] causa malitiam formalem peccati, quam voluntas non causat
[illegible] formalis peccati efficiendo: ~~[illegible] malitia formalis peccati non causat~~
a Deo sed deficiendo, sed voluntas [illegible] deficit in [illegible] actum
tate effectivas, sed negare activitatis, et [illegible] ipsius [illegible]
[illegible] indeficiendo; quod ut [illegible] malitia formalis peccati non causari
a Deo

actio, nisi est, ut redat. illius eius defectus eius significationis, sine imperfectiones reducibiles in eius defectibus, et in effectibus — negat. D. Th. 1. 2. q. 19.

art. 2 ubi docet, quod malitia significare actionis humanae eius quo deficit sicut claudicatio motus animalis ex quo de defectu physico; unde sicut motus claudicatio non reducitur in virtutem motivam animalis, sicut modo refertur claudicatio in illius reducitur ita defectus, aut malitia formalis peccati reducitur in liberum arbitrium in quibus deficit ab ordine Dei agentis, sicut liberum arbitrium in quibus effectibus non deficit ab ordine Dei agentis sed potius illi subordinatur, quod efficientia eius realiter subordinetur primo efficienti causae primi seu Deo, et proinde ex Doct. D. Thomae evidens est de deficit malitia formalis peccati non causari a voluntate, ut effectiva est, sed illa reducitur in defectum voluntatis. Cum igitur defectus voluntatis non dicat in positiva entitate, aut activitate ipsius, sed in negatione ut supra docuimus.

ad huiusmodi boni assecutionem, quia efficacia voluntatis tendentis efficaciter ad assequendum bonum necessario respicit bonitatem et convenientiam absolutam, atque quasi speculativam obiecti appetibilis, sicut simplex affectus, verum etiam practicam assequibilitatem et futuritionem ipsius: et maior constat: nam nullus potest practice iudicare sibi futurum esse beatitudinis assecutionem, quin simul iudicet evasionem damnationis, poenarum esse sibi simpliciter possibilem: sed ab illo, cui facta fuerit revelatio suae damnationis, requiret realiter fieri iudicium practicum, quo sibi proponatur evasio damnationis poenarum, ut absolute futurum et practice possibile, alioquin ab ipso duplex fieret iudicium contradictorium de eiusdem obiecti futuritione, siquidem supposita revelatione de sui ipsius damnatione iudicaret practice se nullo modo evasurum poenam, poenam damnationis sibi certitudinaliter a Deo revelatam, et iudicando futuritionem beatitudinis ut sibi practice possibilis iudicaret se evasurum damnationem, quia in iudicio proponente absolute futuritionem beatitudinis importat evasionem iudicium proponens evasionem damnationis ut futuram: quo in illo, cui facta fuerit revelatio absoluta suae damnationis, deesset utrumque proponens beatitudinem ut futuram et practice possibilem, et ideo deesset et totaliter evacuaret iudicium requisitum singularis spei supernaturalis, quae evasio spectat a beatitudine proposita, ut practice possibilis, seu futura respectu illius, qui sperat. Confirmatur 1°: ad hoc ut aliquod obiectum bonum sit practice sperabile, et sufficit ut iudicetur vinetaphe, et speculative possibile, et ordinario exigitur, ut practice et moraliter proponatur possibile: sed ille, cui facta esset revelatio de sui ipsius absoluta damnatione, non posset proponere sibi bonum beatitudinis, ut practice et moraliter possibile, siquidem sibi evidenter constaret se esse damnandum per decretum inevitabile divinae voluntatis, quo decerneret de sua damnatione: ergo supposita tali revelatione nequit quis tendere ad beatitudinem motu efficaci spei supernaturalis: probatur inde: et eterum damnati in inferno existentes non possunt efficaciter bonum beatitudinis supernaturalis sperare, quia huiusmodi bonum nequit proponi ipsis, ut practice, et moraliter possibile, supposito statu damnationis, licet inspecta divina omnipotentia sit absolute et speculative possibile, quia Deus de potentia absoluta potest et damnatos ad beatitudinem perducere: ut beatitudo supernaturalis proponatur ut sperabilis spe theologica, non sufficit ut speculative proponatur possibilis, et futura, et in ordine ad potentiam Dei absolutam, sed requiritur quod iudicetur practice et moraliter proponibilis beatitudo respicienti ut practice, et moraliter possibilis, nequit ab ipso spe theologica sperari: antecedens est evidens ex Scriptura Proverb. 11. mortuo hoc impio, non erit ultra spes: Iob 15: non credit quod reverti possit de tenebris ad lucem: denique ex Sancto Thoma 22 q. 18 art. 3 his verbis: unde patet quod non possunt sperare tendere beatitudinem ut bonum possibile, nec beati ut bonum futurum, et ideo nec in beatis nec in damnatis est spes.

Dices hoc esse discrimen inter damnatos, et viatores, quibus Deus revelaret suam absolutam damnationem: nam damnatis ita sunt speculative tantum possibilis beatitudo, quod nec in se ipsa sit illis futura, nec in auxiliis, aut bonis operibus, quia illi sint in perpetuum necessario omni auxilio privati, verum et impossibilitati operandi aliquando ullum opus bonum meritorium: viatoribus, a quibus Deus talis fecerit manifestam suam perpetuam damnationem, esto in se beatitudo non esset futura, manet tamen prout in auxiliis sufficientibus, ac bonis operibus, quae exerceret, futura: unde proveniens illis ut talis apprehendere, quantum est ex vi auxiliorum, et bonorum operum quibus beatitudo debetur. Sed ad hoc evasio omnino est insufficiens, et insuper et verum evacuans vim confirmationis: nam motus spei theologicae tendit in ipsam beatitudinem ut tantum proponitur in auxiliis. sed sperat illam prout est in se: ergo quantumvis, verum illum, cui facta fuisset revelatio suae damnationis, maneret beatitudo futura prout in auxiliis sufficientibus et bonis operibus propinquioribus, non tamen ipse posset sperare aeternam beatitudinem theologica spe: probatur antecedens: motus spei theologicae tendit in beatitudinem sup...

tamq. et coeli; status sui providendi: sed supplis aeterna beatitudo nexa a mysteriis providentia sicut electio. et tamen potest contendere in auxiliis sufficientibus; tandem dantur posse eam assequi, et [illegible] assequituros illius: quod multos specificos tempore ad aeternitatem suos prout tamen in auxiliis sufficientibus profecta, et prout ex sua libertate inclinare aliquomodo est futura. Conf. 2º. sicut motivum dile timendi Deum est considerans istum duplex, qua Deus vult peccatores aeternaliter punire ita motivum spei sperandi beatitudinem supplis a Deo, est considerans dilectionem misericordiae qua specificos [illegible] misericorditer perducere ad beatitudinem aeternam: sed supposita praedicta de aeterna damnatione revelatione, cui iuncta est talis revelatio prudentium iudiciorum fieri, quo judicet non esse praedestinatum misericorditer a Deo, eum ignorat se esse misericorditer reprobatum: ergo ille, cui facta est talis revelatio, non potest a Deo efficaciter sperare aeternam beatitudinem, cum non apprehendat ipsam sub illa ratione, qua Deus movet ad sperandum, sed potius sub ratione, qua apparitur ut timendus. Conf. 3º. sicut spes est de bono specificata a bono possibili, ita timor a malo possibili, et imminenti: sed nullus potest prudenter timere malum practice, et moraliter impossibile, quantumvis speculative, et absolute, possibili in se possibile: quis enim non potest prudenter timere casum Coeli, aut ruinam totius huius universi, licet inspecta Dei absoluta potentia omnia huiusmodi mala sint metaphysice possibilia: ergo nullus potest prudenter sperare beatitudinem sibi promissam, et practice et moraliter impossibilem, licet illa maneat esse possibilis metaphysice, et speculative, idest, inspecta potentia Dei absoluta: consequentia patet: et maior etiam constat, quia sicut spes est motus efficax, quo voluntas sperantis conatur, et aggreditur ad prosequendum bonum possibile, ita timor est fuga, qua voluntas timentis reprimit, et fugit malum imminens sibi possibile, ut autem sibi sufficit possibilitas absoluta, et speculativa mali, ad hoc, ut huius mali timeatur, ita similiter non sufficit possibilitas absoluta, et speculativa boni, ut efficaciter speretur, sed ulterius requiritur, quod sit moraliter et practice possibile, idest, iuxta dispositionem, et ordinationem causarum prime concurrentium ad efficiendum ipsius existentiam. Haec enim est optimalis ratio, qua suae sententiae Patroni [illegible] confirmat probant, cuius robur, et efficaciam ex variis solutionibus, quibus nituntur occurrere Adversarii, satis ostendam. Et 1º. quidam respondent, ad talia, homini, cui facta fuisset sua damnationis aeternae revelatio, posse [illegible] revelationi non assentiri, etiam quod posse iudicare, praedicta revelatione non obstante, se posse consequi supplis beatitudinem, ac proinde habere potentiam ad illam sperandam: sicuti homo infidelis, stante revelatione mysterii Sanctissimae Trinitatis, potest pro sua libertate elicere iudicium oppositum, nimirum Deum non esse Trinum in personis. Sed haec solutio nullatenus vim nostrae infringit, et ostendo 1º., licet supposita dicta revelatione [illegible] ille, cui facta fuisset, habere possit dictum iudicium de consequenda salute, et suppli beatitudine, non tamen posset iudicium prudens efformare de consecutione supplis beatitudinis: siquidem praedicta revelatione, (concesso etiam quod homo illi non assentiatur) non superest ad sperandum: consequentia constat: quia ut esset ad sperandum potentia, necessarium est prudens iudicium, quod potentia ad illum requiratur, cum actus spei supplis regulariter requirat sibi praevium iudicium prudens, eo quod prudentia sit regula omnium virtutum, et omnium actuum ipsarum: et ans probo: homo non assentiendo propriis Dei revelationi de sua aeterna damnatione contra [illegible] 1º. prudenter iudicium nequit efformare de consequenda salute, et beatitudine supplis [illegible] negare assensum ad divinum revelationem. 2º. reiicio retorquendo in Adversarios solutionis exemplum: licet infidelis praeiudicanter revelationi mysterii [illegible] ad non assentiri, revelatione haec tamen supposita non potest habere iudicium prudens de revelato, nimirum Deum non esse trinum in personis: ergo pariter ac similiter in proposito licet possit homo ille praeiudicium revelationi non assentiri, non tamen poterit iudicium

iudiciū prudens dicti revelati oppositum: nam constat: quod iudicium oppositum dicti revelati mysterii SS.mae Triados, facta praedicta revelatione, peccatum est, et quidem omnino contra rationem, et imprudens, et adeo pariter semata inter utrumque casum homo ille cui facta fuisset revelatio suae aeternae damnationis, nullum posset facere iudicium revelato oppositum, quia est peccatum, et imprudens, sub inde quod insufficiens ad actum spei supernaturalis regulandum. Dico quintus aliter privata occurrenti affirmantes necessarium esse omnino iudicium prudens de salute consequenda, et futuritione supernaturalis beatitudinis, vel in se ipsa, vel in sua causa, non autem in se ipsa: licet enim homo ille non posset formare iudicium prudens de futuritione, seu consecutione supernaturalis beatitudinis in se ipsa, potest tamen efformare de illius futuritione in sua causa, quatenus, scilicet, ex parte actuum bonorum, quos homo facit, et auxiliorum, quae sibi dantur a Deo ad implenda praecepta, probabilis est beatitudinis eventus, aut futuritio quantum est ex vi mediorum, et hoc dictamen futuritionis sufficit ad regulandum actum efficacem spei theologicae, et supernaturalis.

Sed obiicio primo contra praefatam solutionis doctrinam: actus boni, et supernaturalia auxilia non habent vim perducendi de facto ad assecutionem supernaturalis beatitudinis, ex se solum, sed in virtute divinae voluntatis continuantis illa usque in finem: ergo sublata hac continuatione ad divina voluntate ex vi talium mediorum formari nequit iudicium prudens de futura beatitudinis assecutione etiam prout in tali causa, quod in ordine ad hanc assecutionem utrumque ponendo actus boni, et auxilia omnino, indicanti enervata et evacuata: ergo nec in se, nec in bonis operibus, aut auxiliis ut in mediis, et causis iudicari prudenter illa beatitudinis supernaturalis assecutio ut futura. Exemplo, et urgeo hoc amplius: bona opera quantumvis ex gratia fiant, non praemianda sunt aeterna beatitudine, nisi quis in gratia discedat: ergo qui certissimum est, quod quantumvis bona opera eliciat, non discedet in gratia, certissimum etiam erit, quod quantumvis bona opera faciat, ad praemium, et bravium vitae aeternae, et supernaturalis beatitudinis non perveniet: tunc sic: sed ille, cui revelaretur sua absoluta aeterna damnatio, certissimum est, quod non est in gratia discessurus: ergo certissimum etiam est, quod quantumvis bona opera obeat, ad vitam aeternam, et supernaturalis beatitudinis non sit perventurus: sed cum hac certitudine homo ille non potest de consecutione beatitudinis, iudicium prudens formare, ut ipsa est manifestum: ergo nec supernaturalis sperare beatitudinem. Dico quod qui supernaturalis beatitudinem sperat theologica spe, sperat quoque efficaciter repellere difficultates, et obstacula, quae impedire possunt eius assecutionem, si enim certus omnino est, quod praedictas difficultates non vincet, sicut praefatas et obstacula superare non sperat, sic nec sperare potest consequi beatitudinem: sed homo ille, cui facta est suae damnationis absoluta revelatio, non posset sperare se per bona opera ex auxiliis sibi a Deo concessis procedentia posse vincere difficultates etiam ex inevitabili decreto divini circa eius damnationem: ergo spe theologica ille non potest sperare se per praedicta bona opera beatitudinis assecuturum. Aurium; sicuti nunc nos haeremus circa reproborum beatitudinem in confuso, sic homo ille adhaereret circa suae beatitudinis certitudinem, nam sicuti stat declarata negatio beatitudinis apud illum, ita est apud nos in confuso certa negatio eiusdem respectu reproborum: sed nos non possumus sperare, vel efficaciter [struck] reprobis supernaturalis beatitudinem, quantumvis sciamus illis esse a Deo auxilia sufficientia concessa, et aliquos illorum toties plura bona opera eliciere: ergo homo ille non posset facere iudicium prudens de consecutione beatitudinis supernaturalis quantum est ex vi bonorum operum, quae facit, et auxiliorum, quae sibi dantur a Deo ad implenda praecepta: illatio evidentissima

Maior constat etiam ipso ex Mag. Parente Augustino lib. 21 de Civitate Dei cap. 24 his verbis: si de aliquibus ita ecclesia certa est, ut qui illi, etiam noverit, qui licet adhuc in hac vita sint constituti, tamen praedestinati sunt in aeternum ignem ire cum diabolo, tam pro eis non oraret, quam nec pro ipso: sed qui non oraret pro salute, et beatitudine reproborum, non desiderat eam efficaciter: ergo non possumus sperare, aut efficaciter desiderare reprobis beatitudinem, quantumvis sciamus illis esse à Deo collata auxilia sufficientia, et aliquos multoties quamplurima bona opera elicere.

Tertio principaliter occurrunt Doctores, et Authores nostri probationum conclusionis asserendo, quod supposita reprobatione, et decreto divino de alicuius damnatione perseverat adhuc absolute possibilis beatitudo supernaturalis, inspecta potentia Dei pro absoluta, et sic perseverat theologica spes supernaturalis, ergo ad tendendum actum spei supernaturalis sufficit possibilitas absoluta beatitudinis, quantumvis supponatur hic, et nunc practice impossibilis: quod sibi persuadent, ex eo quod sicut spes theologica tendit taliter ad bonum possibile, ita timor tendit ad possibile malum, ad tendendum, a, actum timoris mali non est malum, quod supponatur practice, et moraliter possibile, sed sufficit ut supponatur absolute possibile inspecta Dei absoluta potentia; ut patet in Beatis, in quibus reperitur timor filialis, quo timent malum culpae sibi practice, et moraliter impossibile, cum supposito statu beatifico, Beati non possint peccare: et etiam in Christo Domino in quo fuit actum timoris: ergo ad tendendum actum spei supernaturalis sufficit absoluta possibilitas aeternae beatitudinis, quantumvis supponatur hic et nunc practice impossibilis ex suppositione alicuius decreti, seu revelationis, et idcirco homo ille, cui facta fuisset revelatio suae damnationis sperare teneretur, cum maneret possibilitas beatitudinis, ut est sufficiens ad talis speciem actum supernaturalis spei theologicae.

Haec tamen solutio minus, quam duae priores, satisfacit, quod ostendo 1.o nam theologica spes est virtus supernaturalis, quae creata voluntatis diligit sibi efficaciter bonum aeternae beatitudinis supernaturalis, ut arduum futurum consequendum virtute divini auxilii: sed iuxta solutionis doctrinam sufficit quod sit bonum absolute possibile, obiectum talium supernaturalis spei: ergo illa destruit essentiam, et quidditatem spei theologicae: minor cum consequentia constat: maior est communis Doctorum definitio circa supernaturalis spei theologicae; et constat 1.o ex Angelico Mag. 1 2 q. 40 art. 1.o in corpore his perclarissimis verbis: circa obiectum spei quatuor conditiones attenduntur: 1.o quidem quod sit bonum, non enim proprie loquendo est spes nisi de bono, et per hoc differt spes à timore, qui est de malo. 2.o ut sit futurum, non enim spes est de praesenti iam habito, et per hoc differt spes à gaudio, quod est de bono praesenti. 3.o requiritur quod sit aliquid arduum cum difficultate adipiscibile, non enim aliquis dicitur sperare minimum, quod statim est in sua potestate ut habeat: et per hoc differt spes à desiderio, vel cupiditate, quae est de bono futuro absolute: unde pertinet ad concupiscibilem, haec autem ad irascibilem. 4.o quod illud arduum sit possibile adipisci, non enim aliquis sperat id quod omnino adipisci non potest, et secundum hoc differt spes à desperatione: ergo iuxta Angelici Doctoris expressa principia in obiecto spei hae quatuor conditiones indispensabiliter attenduntur, scilicet bonitas, futuritio, arduitas, et possibilitas: sed praefati Authores à supernaturali beatitudine tunc ut inspecta absoluto ab ipso hoc substrahunt futuritionem: ergo tollunt rationem beatitudinis supernaturalis ut obiecti formalis speciem actus spei. Et spei possibilitas absoluta illius per negationem futuritionis redditur incapax tendendi actum spei supernaturalis. 2.o efficacius ex eodem Angelico Mag. 22 q. 18 art. 2 in corpore: obiectum, a, principale eius est beatitudo aeterna, secundum quod est possibilis haberi ex auxilio divino: ergo ergo bonum arduum possibile non cadit sub ratione spei, nisi secundum quod est futurum, ideo cum beatitudo tam non fuerit futura, sed

sed præsens, nõ pst ibi eẽ virtus spei: 1° bonũ arduũ pbile intentũ
ẽ obiectũ fixale spei, et terminus actus illius, eõ quod futurũ ẽ, etideirco si
supposita revelatione absoluta ęternæ damnationis alicuius illi nõ maneat futurum
beatitudo supnlis, quantumvis maneat arduũ, bonũ, et pbilis, nõ tenetur illã
efficaciter sperare, nec ad illã mari motu efficaci progressivo virtutis spei.
theologa spes supnlis nõ sperat rei pbitas, aliis ex eo quod res aliqua eet [illegible] ...
te pbilis, attenta Dei pot absoluta, posset illã quilibet sperare: sed hoc plus
quã falsũ ẽ: 1° spes theologa supnlis nõ tendit ad beatitudinẽ supnlẽ, vt pbilẽ metaphe
inspecta Dei pot absoluta, sed vt a nobis ppenitũ et practice pbilis; seu [illegible]
bilis: maior cũ coa pt: et minor pbo: Incarnatio totius Trinitatis quidditative, et
metaphe pbilis ẽ de pot Dei absoluta, pariter quo damnati in inferno bea-
titudo: et tamen falsũ ẽ me posse sperare mihi Incarnationẽ totius Trinitatis, et in
inferno beatitudinẽ: 1° pterquã falsũ ẽ qd spes theologa supnlis speret rei pbitas,
eo quod res aliqua pbilis sit [illegible], attenta Dei pot absoluta.

Nec exem-
plũ timoris, quo se defendunt Adversarii, urget, et retorquetur contra eos in mo-
dũ hunc: timor ille, qui in Xto D.o et Beatis inuenitur, nõ ẽ timor importans fu-
gam, solicitudinẽ, et anxietatẽ, qua voluntas timentis refugit solicite a malo
futuro, l. pbili, sed timor pure reverentialis solũ importans subiectionẽ, et mo-
dũ reverentialẽ respectu divinæ eminentiæ, et maiestatis: g° haud dissimiliter in eo,
cui facta fuisset revelatio suæ damnationis nõ manebit motus efficax spei supnlis
in suã beatitudinẽ: ani constat ex Augustino lib 14 de Ciuit cap 9: timor ille
sanctus permanens in sæculũ sæculi, si erit in futuro sæculo, nõ erit timor exiens
a malo, quod accidere pst, sed tenens in bono, quod amitti nõ pst: Ex Magno
Gregorio lib 17 Moraliũ, vbi exponens illud Iob: columnæ Coeli contremiscunt,
et pauent ad nutũ eius, inquit, ipsæ virtutes Coelorũ, quæ hunc sine cessatione
conspiciunt, ipsa contemplatione contremiscunt; sed idem tremor, ne eis pœnalis
sit, nõ timoris ẽ, sed admirationis, q° sit admirantis Deũ vt supra se existentẽ,
et eis incomprehensibilẽ. Denique ex Ang Mag in disputata quæstione unica de
spe art 4 ad 2: ẽ autẽ quidã defectus naturalis, eõ quod quælibet creatura
in infinitũ distat a Deo, qui defectus nunquã tolletur, et hunc defectũ respicit
timor reverentialis, qui erit in patria, qui reverentiã exhibet suo Creato-
ri ex consideratione maiestatis in ppriã desiliens paruitatẽ. etiõ a paritate
ostendo: ideo in Beatis et Xto D. nõ datur timor, l. motus fugæ a malo, sed
destruitur solicitudo, et anxietas timoris, quæ essentialiter exigit tendẽ ad malũ
futurũ, et practice pbile, q° supponitur securitas status beatifici, cui essen-
tialiter ẽ annexa improbitas cadendi in malũ: sed in illo hoc, l. re quillium sup-
ponitur revelatio diuina absoluta denegans illi gloriã, cui essentialiter rae suæ immu-
tabilitatis ẽ annexa impossibilitas consequendi beatitudinẽ æternã, et supnlẽ: 1° in illo
facta pdicta revelatione de sua damnatione destruitur secura, et efficax expectatio
illius, ad bonũ practice pbile tendit, sicut timor quoad actũ fugæ tendit ad
malũ metaphe et practice pbile, et ideirco nec in illo poterit remanere
theologa spes. Dices, quod quantumvis verũ sit, qd ille timor, in Xto D.
et Beatis perseverans sit filialis, et reverentiæ ergã Deũ, adhuc in suo vo-
luntate, paritas ex illo desumpta contra Dis vãos pseuerat; quod ptbo ng,
iuxta Ang Mag [illegible] q. 19 artl 1 obtũ pprium huius timoris ẽ malũ possibi

bile, ait enim, ad cuius evidentiam sciendum est quod proprium obiectum timoris est
malum possibile: sed malum possibile huius amoris reverentialis beatorum non est ma-
lum practice possibile, sed solum metaphysice: ut ait paucis interpositis idem Ang. Doct.
hoc, a, malum, s. obiectum dicti timoris, creaturae rationali eidem suae naturae conditionis possibile
est propter naturalem liberi arbitrii flexibilitatem, sed in Beatis fit non possibile propter glo-
riae perfectionem: ergo timoris obiectum potest esse malum pure speculative possibile, et consequenter
eorundem spei theoreticae, et sufficiens. Quod hic filialis timor est timor per modum fugae a
malo, ut docet Ang. Doct. ibi: fuga quod huius mali, quod est a Deo non
subiici ut possibilis nequaquam, impossibilis, a, beatitudine erit in patria: ergo quamvis
ille timor importans sollicitudinem, et anxietatem sit per modum fugae a malo, poterit
tamen hoc malum esse pure speculative possibile, et sic sufficiens ad actum timoris theore-
ticum, ac proinde si datur inter huiusmodi timoris, et spei theoreticae paritas, idem erit dicen-
dum de actu spei, quod sit bonum possibile metaphysice, aut speculative tantum ad eiusdem a-
ctum singularis theoreticae spei omnino sufficiens. Sed haec non urgent. Nam in quo
timor ille ponatur in Christo Domino etiam Beatis ex duplici obiecto, quod timor in illo
respicit malum separationis a Deo per culpam, et eminentiam divinae maiestatis potentiae
infligere malum, tantum inspicit hoc idem obiectum etiam illum, ut docet ipse Ang. Doct.
3 p. q. 7 art. 6 in corp.: et sic potest quod aliquis non timeat mihi propter suam emi-
nentiam. Sic igitur dicendum est, quod in Christo fuit timor Dei, non quidem idem quod re-
spicit malum separationis a Deo per culpam, nec etiam idem quod respicit malum punitio-
nis pro culpa, sed idem quod respicit ipsum supremam eminentiam; propter sic anima
Christi quodam affectu reverentiae movebatur in Deum. Unde Heb. 5 dicitur, quod in om-
nibus exauditus est pro sua reverentia: sed eminentia illa suprema divinae maiestatis possibile nec
tantis malum non est, sed bonum: ergo timoris reverentialis obiectum non est malum possibile, nec
culpae, nec poenae. Quod timor hic est timoris donum ab Spiritu Sancto concessum Christo
Domino et Beatis: sed donum proprie et per se tanquam obiectum respicit bonum, licet ex consequenti
inspiciat malum: ergo obiectum proprium et primariae timoris Beatorum nequit esse malum, licet
hoc sit donum illius proprium, et hoc tantum voluit Ang. Doctor inter timorem ve-
latum: minorem probo ex eodem ubi supra ad 3m: dicendum quod hi tres virtutum, et do-
norum proprie et per se respiciunt bonum, malum, a, ex consequenti: pertinet enim ad
rationem virtutis, ut opus bonum reddat, ut in 2 Ethic. dicitur, et ideo de ratione doni
timoris, non est illud malum, quod respicit timor, sed eminentia illius boni, s. divini,
cuius potestate aliquod malum infligi potest: sed spei idem quod virtus est, respicit
non solum actum boni, sed etiam ipsum bonum inquantum non est habitum: ergo donum proprie, et per se
obiectum tantum respicit bonum, licet ex consequenti malum inspiciat. Quod nec ex his verbis desump-
ta, idem Ang. Mag. inter donum timoris, et virtutem spei hoc subsistit discrimen, dicendum, quod illud inspiciat eminentiam illius divini boni, cuius po-
testate aliquod potest malum infligi, haec vero nec malum actum, sed etiam ipsum bonum ut ha-
bendum, seu inquantum non est habitum: ergo esto possit salvari timor in Beatis, non sa-
men in illo hoc, cum facile fuisset revelato theoretica spei, quia verum est Beatorum
remanet primariae obiectum, s. eminentia, respectu a, timor debuit bonum non habendum, quod
est primariale obiectum spei. Nec obstat idem, quia timor per modum fugae inspicit ut
primariale obiectum malum, ut constat ex dictis: sed ut probavi, obiectum timoris Beatorum
et Christi Domini primariale non est malum, sed eminentia suprema divinae maiestatis, ita quod illum
Ang. D. vocavit fugam, non rigorose eum sic appellavit, sed quadamtenus dicit illum

illy affecty reuerendi Dey, q. ex quo absolute potest infligere Deus malu ostendit terribilis; vnde proinde sic ñ allicit, nec attrahit ad amor sui, et sic dicitr mouere ad fugã, idest, ad sui reuerentia qug exhibet. Ciuy timoris, quod fuga dicitr prout à prosecutione amoris distr. Ultimo principaliter meg probo conclusõ: homo ille consciis reuelatis diuq de sua aeterna damnaõe, certissimus eet, qd promissio generalis beatitudinis cunctis facta, in ipso implenda ñ eet: q. spe theoga ñ posset sperare Beatitudiç: pba cog: in tantu quis spe theoga beatitudiç sperare pot, in quantu prudenter pot iudicare se vnu ee ex illis, in qbs diua promissio adimplenda e: sd homo ille prudenter iudicare ñ posset se ee de numero eoy, in qb. diua promissio adimplenda e: q. ille beatitudiç ñ posset sperare theoga spe: pbo minoz: qui certissimus eet de sua damnaõe, certissimus eet, qd diua promissio de collaõe beatitudinis implenda ñ eet, cu contradictione inuoluat aliquy damnari, et diuq promissione de adeptione Beatitudinis in eo adimpleri: q. homo ille prudenter iudicare ñ posset se ee de numero eoy, in qbs diua promissio adimplenda e. Arglo, et amplius explico: diua promissio in tanu indispensabiliter requir ad suplẽ et theoga spẽ, in quantu dum videmus Dey, qui fidelissimus e in adimpletione sui promissi, promisisse bene sperantibus suplẽ beatitudiç, et ex alia parte ignoramus nos excludi à numero eoy, quibus promissio beatitudinis e facta, prudenter iudicamus tale promissiõ in nobis ee adimplendã, et sic erigimur ad sperandu: sd homo ille sui damnaõis conscius p Dei reuelaõe ñ posset uti illa promissione generali, cu certissimus eet, qd pdicta promissio in ipso adimplenda ñ sit: q ille spe theoga nequit beatitudiç supẽ sperare.

2°. sperans theoga spe debet haere certitudiç practicã innixã in eo, qd Deus, in quo confidit, dabit beatitudiç sperantibus in ipsu: sd ille, cui fieret sui damnationis absoluta reuelaõ haere certitudiç, et practicã firmitaç haere ñ pot: q. nec haere theoga spẽ: pbo miz: homo ille eet certus certitudine, cui falsu subesse ñ posset, qd Deus ñ sit daturus ei beatitudiç: q. practicã certitudiç, et firmitas haere ñ pot: ptrea: sig talis certitudo Deo innititr verbo suo: at ille homo ñ posset confidere in Deo, qd sibi daturus sit beatitudiç: q ille ñ posset haere firmitaç, et practicã certitudiç adipiscendi beatitudiç. et hc de 2ª meq relectionis parte in parli.

Ad 3ã in speali descendens 1y Aduersantiu arg. ppong. et diluq. qd ita procedit: pseuerante motiuo frali alicuius actus, ipse actus pseuerat absolute potens, et pote ad eliciendu actu ipsius: sd facta alicui reuelaõe de sui igneis Damnaõe ñ aufertr motiuy frale sperandi beatitudiç supẽ: q. in illo, cui facta fuerit talis reuelaõ, pot manere pote ad sperandu, et idcirco absolute teneri sperare: maior supponitr, et minor pbr: q. motiuy quo sperandi Beatitudiç supnaç e potestas, et misericordia Dei, qua pot, et vult hoes auxiliari ad beatitudinis Dsecutioç: sd facta reuelaõe de alicuius viatoris Damnaõe pseuerat omnino immutata potestas, et misericordia Dei ad auxiliandu hoes ad Beatitudinis Dsecutioç: q. pseuerat respu ipsius, cui facta fuerit reuelaõ, motiuy frale sperandi futurq beatitudiç, et ideo potestas, et obligaõ ad Beatitudiç sperandã. Confr 1°. sicut regularis spes suplis apphensionẽ beatitudinis, et idcirco indiuo practico circa pobilitaç ipsius, ita Charidtes

ritas supli͂s regulatr apprehensione bonitatis diuę Dey se Diuersę, et iudicio prac
tico intuitu, quo proponitr eiusmodi bonidas proper seipsą amabilis: sed diuersitas
apprehensionis, l. iudicij intuitu circa summą amabilitą diuę bonitatis ni suff. ad
Variendą raos spesą Charitatis, vt contat in viatoribus, et Beatis, in qbs
eadę spe Chatas ē ex pae voluntatis stante varietate essali spesa iudicij intui
tu Charitas viatoris regulatr iudicio obscuro, et inefficaci fidei, et Charitas Bea
ti iudicio claro beatę visionis, quę spesę distr á cognitione fidei: q.o licet in
reprobo facta ipsi reuelae de sua damnatione resultet diuersum iudicium practicum
de possibilitate Beatitudinis, ni tamen inde sequitr aliqua mutatio obtiua in rae spe
ficatiua spei, et ideo supposita reuelae poterit ablute sperare beatitudinę eadę spe
supli, qua potuit ante reuelaęs: patet: q.a eatenus cognitio beata, quę essentialiter
distr á cognitione fidei ni infert aliquę mutatioę specificą in modo operandi Cha
ritatis circa diuę bonitatę, q.a Deus se ni ē rao formalis obtiua specificans actus, l. habitus
Charis. sed solum ē applicao rais formalis specificantis: sed iudicium practicum proponens
alicui mutaoę, l. minoę possibilitaę beatitudinis ni ē rao formalis obtiua specifica actus
spei suplis, sed solum applicao rais formalis obtiuę: q.o diuersitas, huiusmodi iudicij,
qualis reperitr in reprobo, facta reuelatioe de sui ipsius damnatione, ni infert aliquam
mutaoę, aliquę in motiuo formali obtiuo specificante spę suplę, et consequenter ni tollit possę spe
randi.

Contrarium confir. q.a securitas, et certitudo spei suplis, qualis reperi
tur in viatoribus ad consequendą beatitudinę fundatr in certitudine fidei, et ab ipsa
deriuatr: sed ex eo quod alicui fuerit facta reuelao de sui ipsius damnatione
ni destruitr, nec mutatr ipsius fides circa beatitudinę obtiuę: q.o nec spes, nec
pote ad sperandum: maior constat ex D. Thoma 22 q. 18 art. 4 in corp. et minor etiam
pt: nā fides viatorum ni mutatr per istas reuelaones: et maior pbr: q.a voluntas
sperantis subordinatr intui, et ipsius directione mouetr ad finę assequibilę; q.o fides
in illo, cui talis fuerit reuelao de sua damnatione ni mutatr iudicium actuale fidei,
nec certitudo ipsius de gratia, et misericordia Dei, aut de possibilitate beatitudinis,
nec mutabitr conatus spei suplis, cuius securitas, et certitudo innititr formaliter cer
titudini supli fidei.

Resp.o q.o maior ad pbm disto minoę sed facta reuelae de
damnatione alicuius misericordia Dei ē immutata speculatiue, et metaphysice do
minoę sub rae, qua proponibilis ē, et applicabilis in rae specificantis, et mouentis
voluntatę ad sperandum q.o minoę, et conseq. q.a sicut per reuelaoę, qua alicui in parti
culari reuelaretr sua damnatio, nullatenus mutaretr intra, et essentiae miseri
cordiae diuę, qua vult hoies perducere ad Beatitudinę, q.a quoad essalę, et metaphysicę
consideraoę eodę modo se haent omnia attributa diuę ante, et post huiusmoi reuelaoę;
supposita tamen certitudine diuę reuelaois mutatr simpliciter sub rae, qua practice
mouet, et determinat voluntatę ad sperandum efficaciter, q.a diuerso iudicio practico
proponibilis ē facta huiusmoi suppone; nā eo ipso, qd aliquis certitudinaliter cog
noscat iudicium, et decretum Dei de sui ipsius damnatione, nequit prudenter, et effica
citer promittere sibi misericordiam, aut possę diuę vtilaoę practice assequibilitatis
beatitudinis, alioquin erronee existimaret Deum posse mutare decretum iustitiae quo
ab aeterno voluit ipsum damnare in decretum misericordiae, et ideo supposita
tali reuelaoe ni perseueraret motiuum formale sperandi sub illa habitudine, et appli
cae, qua pot determinare voluntatę ad sperandum, licet entitatiue et metaphysice consideratum
absque vlla prorsus mutaoe: sicut de facto contingit in damnatis, in quibus ne
quit reperiri vera spes ad consequendą beatitudinę, q.a licet executio damnationis,
et decretum Dei de reprobatione ipsius ni inferat aliquę mutaoę, l. variaoę intrinsecam in
gratia, et misericordia Dei, qua Deus potuisset eos absolute perducere ad beatitudinę

Beatitudinis, supposita tamen cognitione sui speciei damnatis eiusque damni, quod
vult de facto ipsos aeternaliter punire, nequeunt damnati apprehendere, aut
sibi proponere misericordiam Dei, aut potentiam ipsius sub ratione, qua prius, et sic habent
tamen beatitudinem theoricè sperabilem. Ad 1um confirmationis resp. obiectum formale specificum
Charitatis est bonitas Dei secundum se, quatenus attrahit eiusmodi bonitas à modis
repraesentandi, l. absentiae, possibilitatis, l. impossibilitatis, quapropter ex diversitate iudicii
intellectualis non resultat in bonitate Dei diversa ratio bonitatis, siue per iudicium
fidei, siue per visionis beatae repraesentetur Deus in ratione summi boni, et ideo secundum eam-
dem rationem specificam qua diligibilis est dilectione amicabili, quae provenit à Charitate
et sic diversus modus, quo Beatus et viator apprehendunt summam bonitatem Dei,
non infundit aliquam diversitatem, aut obiectiuam mutationem in ratione specifica Charitatis: obiectum
vero specificum spei non est bonum diuinum secundum se, aut absolute consideratum, sed quatenus à
nobis apprehenditur ut practicè possibile, seu consequibile, et ideo ex diversimodo, quo via-
tor, cui fieret revelatio de sua damnatione non posset proponere ipsius beatitudinem, ut practi-
cè assequibilem, inde sequitur quod huiusmodi iudicium refundit ex parte obiecti sperabilis
diversitatem obiectiuam in ratione specificante, et consequenter supposita revelatione, et iudicio practico
de non consequibilitate beatitudinis non perseuerat ratio ad sperandum. Ad 2um confirmationis con-
cessa maiori disting. minorem: sed ex eo quod alicui facta est revelatio de sui ipsius damnatione
non mutaretur ipsius fides circa beatitudinem quoad iudicium speculatiuum de possibilitate ab-
soluta et speculatiua beatitudinis concedo minorem quoad iudicium practicum tendens ad practicam possibili-
tatem beatitudinis nego minorem, et consequentiam, quia licet in illo, cui facta est revelatio de sua damna-
tione non destruatur habitus, nec mutetur iudicium speculatiuum ipsius, quo recte sentit, et iudi-
cat de misericordia, et potentia Dei, et absoluta possibilitate beatitudinis, mutatur tamen fides
quoad rationem practicam circa possibilitatem practicam beatitudinis. l. ut proprius loquar, post revelationem
viator tandem nouo iudicio explicito, et practico, quo de nouo aliter repraesentat bea-
titudinem in ratione consequibilis, et ideo destruitur ratio ipsius ad sperandum, quia spes sub-
ordinatur fidei secundum rationem, qua practicè mouet voluntatem proponendo sibi possibilitatem pro-
pria consequendi beatitudinem, et sic post revelationem non elicitur à fide iudicium practicum de conse-
quibilitate beatitudinis, sed potius de impossibilitate ipsius: unde quod fides ipsius non possit excitare ad
sperandum: nec est inconueniens, quod perseueret fides quoad habitum et iudicium speculatiuum circa
beatitudinem, et non perseueret secundum suum exercitium explicitum, et practicum, medio quo mouet et excitat
voluntatem ad sperandum: sicut in peccatore vivo perseuerat habitus fidei quoad substantiam,
et iudicium speculatiuum ipsius, quo speculatiuè iudicat Deum esse summum bonum, et ideo
summè amabile, et nihilominus non perseuerat iudicium practicum fidei, medio quo practicè
mouet voluntatem ad amandum Deum super omnia, quod est requisita propria Charitatis.

Dices 2o
q. 1. supposita revelatione, et decreto Dei de aeterna damnatione perseuerat beatitudo
absolute possibilis inspecta potentia Dei absoluta: sed ad rationem actus spei simpliciter sufficit
possibilitas absoluta beatitudinis, quantumuis comparatiue hic et nunc practicè impossibilis;
ergo probatur minor: sicut spes tendit ad bonum possibile, ita timor ad malum possibile: sed
ad rationem actus timoris non requiritur malum, quod comparatiue practicè possibile, sed sufficit,
ut comparatiue absolute possibile inspecta Dei potentia absoluta, ut patet in Beatis, in quibus reperi-
tur timor filialis, quo timent malum culpae sibi practicè impossibile, eo supposito, quod à statu
beatifico non possunt peccare; et in Christo Domino, in quo fuit donum timoris: ergo ad rationem ac-
tus timoris sufficit malum possibile absolute, et consequenter etc.

Confirmatur 1o supposita revelatione facta
alicui de sua damnatione tenetur sperare beatitudinem: ergo probabile ipsius sperare, quia
per, ad impossibile enim nemo tenetur, at quod tenetur ratio evidens obligationis ad sperandum

nec poq poterit euacuare: ans. a. pbo: si aliquis post reuelaos sibi factq de
sua damnae desperaret mortaliter peccaret: sed peccatum mortale Deus se impe-
dit actu positiuu Dy alicui virtuti obstans respectu illius, qui mortaliter peccat, neque e-
tenim aliquis peccat bibendo intemperate, quo opponit se virtuti temperantiae, cum
tunc e sibi possibilis et obligatoria: q° si respectu illius, cui fit reuelatio suae damna-
tionis e possibilis et culpabilis desperatio, erit etiam possibilis et laudabilis spes, et id circo
remanebit obligatio, saltem ad sperandum. Q° consequenter, qui pot sperare media conducen-
tia ad aliquem finem pot sperare consecutionem finis: sed stante reuelae condemnatio pot
ille, cui facta e reuelatio sperare obseruatiam omnium mandatorum Dei, quae sunt media
per se conducentia hominem ad beatitudinem: q° iste poterit sperare beatitudinem: maior constat,
quia spes eliciti circa media ordinata absque eficacia consequendi finem, sicut eliciti
eficax mediorum praesupponit eficaciam in ordine finem: et minor pbr: supposita eiusmodi
reuelatione tenetur ille, cui facta e talis reuelatio obseruare omnia mandata, et praecepta
legis, quorum obseruantiae connexa e aeternae consecutio gloriae iuxta illud Xri D
si vis ad vitam ingredi serua mandata: q° supposita reuelae sperabilis e obser-
uantia praeceptorum, et consequenter sperabilis e gloria, quae e finis essentialiter annexus obser-
uationi obseruandarum. Resp° q° maior ad pbm dicto maiorem; sed ad eliciendum actum
timoris sufficit malum absolute possibile in specie Dei pro absolute, si sit timor impro-
prie ... et anxietas, qua voluntas timendi refugit absolute a malo q;
minorem, si sit pure reuerentialis solum importans subiectionem, et modum reuerentialem
respectu diuinae eminentiae, qualis repitur in Xro D etiam in beatis dicto minorem et
cuius disparitas, atque ... illum obsidente consistit ex impossibili ... solum ...
gloriae ad priorem rationem. Ad 1.9 confirmationem q° ans. ad pbm dico ans. si tantum
velit aliquis desperaret positiue, peccaret mortaliter dico maiorem, si desperaret
negatiue, idest, non sperando q° maiorem, quamvis licet ex suppone quod Deum reuelet alicui suam
damnationem, non teneatur positiue sperare beatitudinem per actum positiuum spei, et idcirco in
illo casu non fuerit culpabilis pura negatio sperandi, quia quod e necessarium nequit esse
culpabile, tenetur tamen ad non desperandum positiue, idest, ad non blasphemandum,
et contemnendum misericordiam, et omnipotentiam Dei, quamvis supposita tali reuelatione licet non pos-
sit, nec teneatur sperare beatitudinem, tenetur tamen se subiicere suae ... qua vult
ipsum propter sua delicta aeternaliter punire, et voluntati diuinae se conformare, et idcir-
circo tenetur ad non desperandum actu positiue, desperatis blasphemando ... diuinam
misericordiam, et male sentiendo de rectitudine diuinae iustitiae. Ad 2.9 confirmationem resp°
quod licet ille, cui tamen fuerit reuelatio suae damnationis, teneatur obseruare omnia
mandata legis diuinae, cum Deum non deneget sibi auxilia sufficientia, quibus absolute
pot bene operari in materia cuiusque virtutis, supposita tamen dicta reuelae
nequit sperare actualem obseruantiam omnium praeceptorum collectiue acceptorum
nec auxilium eficax Dei ad perseuerantiam finalem, et idcirco nec consecutionem gloriae, quae
essentialiter annexa e non potentiae ad obseruantiam praeceptorum, sed actuali obseruantiae,
quae nequit sperari ab illo, qui scit condemnandum se esse condemnandum propter aliquam
mortalem transgressionem alicuius praecepti diuini. Nec homo ille ex vi talis reuelae
... obligatione seruandi praecepta, quae seruare pot tali reuelae sup-
posita; sed illa supposita homo pot seruare praecepta, quae habet de sperandis, cum
... sufficientibus, et eficacibus ad vitanda omnia alia peccata, propter quae non e damnan-
dus; ... posita tali reuelae homo ille tenebitur omnia illa praecepta seruare, quo

qbo. nō opponunt peccata propter quæ ē damnandus, et deinde tenebitur spe-
rare auxilia sufficientia, et specialia requisita ad vitandum omnia peccata
illis præceptis, ad quæ tenetur, opposita. Dices: tota ratio, propter quam Deus
posuit præcepta de actibus virtutum, et prohibuit peccata opposita, ē, ut per illorum
observantiam et vitandum peccatorum hos perduceret ad beatitudinem: sed ille homo non
tenetur sperare beatitudinem, ad quam præceptorum observantia est pravendum intelligo: ergo
nec tenebitur sperare observantiam mandatorum, nec vitandum peccatorum, quæ illis op-
ponuntur. Resp.° dico maiorem, solum propter illam rationem, nego; et propter obedientiam
Deo debitum ut supremo legislatori, dico maiorem: et ideo minorem, seclusa distinctione
ergo cog: Cum ergo facta revelatione propriæ damnationis propter aliquod peccatum, de-
beat, adhuc ergo teneat servare divina præcepta, quod Deo legislatori debetur
obedire in his, in quibus posse etiam ex præceptis sit, quod observantia mandatorum
et vitandum peccatorum, quæ est opponendum, spes, sit tamen, quod adhuc revelatione
teneat sperare observantiam talium præceptorum et auxilia ad eam requisita.

Arg. stat timor de malo non futuro, nec practice possibili: ergo et stabit spes similis theo-
logica de bono solum speculative possibili: consequentia patet ex dictis; et antecedens probatur: stante certa
revelatione de alicuius æterna salute reprobatio non ē malum futurum, nec practice po-
ssibile: sed illa supposita potest homo, cui facta fuisset, reprobationem timere: ergo stat
timor de malo non futuro, nec practice possibili: maior ē certa, quod illa revelatione facta
reprobationis eventus numquam ē futurus: et minor probatur: Apostolus habuit certam re- + 1. ad Corinth. 9 castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.
velationem de sua æterna salute: et tamen semper timuit reprobationem: ergo homo, cui
facta fuisset tali revelatio, potest reprobationem timere. Resp.° ergo antecedentem, ad probationem dessi-
nationis omnis ad probationem dico maiorem. Apostolus habuit certam revelationem de sua æ-
terna salute pro omni tempore, ergo maiorem; pro aliquo tempore dico maiorem, et dico
minorem, et tamen timuit reprobationem ante revelationem dico minorem, post revelationem
nego minorem, etiam, quod quando illa scripsit Apostolus, non dum revelationem de sua salute ha-
bebat. Vel si tunc habuit, non fuit in pœna propria sed insinuabat nobis lo-
quutus, ostendens quid unicuique, licet mirabilis, prædicans divino et ægrotis aliis
clareat, propter timendum, et operandum sit. 4.° arg. homo, cui fieret revelatio de sua dam-
natione, posset salvari: ergo posset sperare beatitudinem: patet ergo, salus non ē possibilis nisi media
fide, spe, et charitate, et deinde si posset salvari, posset credere, sperare, et diligere: probo
ans: talis homo extra viam salutis non esset: ergo posset salvari: probo ans: talis
homo adhuc est viator, et ideo ad convenientem beatitudinis ordinatur: ergo extra
viam salutis non est. Resp.° homo ille posset salvari pro sumpta in sola capa-
citate naturæ radicalis, et ordinatione extra ad salutem concedo ans. pro sumpta in
prius intrinsecis, quæ dent posse proxime consequi salutem ergo ans. et dico verum. possi-
bilitate remota, orta ex capacitate naturæ radicalis, et ordinatione extra Dei ad media re-
quisita ad salutem dico cons. attento prius, quod dat posse proxime ad actum spei nego cons. Dices:
ergo sicut absolute dicitur de illo hoc, quod posset salvari, diceretur quoque, quod posset sperare:
ergo teneretur sperare salutem; patet hæc consequentia: qui posset sperare, posset servare præcepta de spe.
Et ergo ille homo simpliciter maneret viator, cum non dum esset in termino salutis, nec in termino damnationis:
ergo absolute diceretur posse sperare: patet consequentia: viator per fidem, et spem beatitudinis incedit talis
conditio, cum per solam fidem, et spem ambulemus. Resp.° ad 1.um concessa 1.a consequentia in sensu divisionis,
ergo cog. neg sicut tamen non valeret hæc consequentia: ille posset salvari: ergo teneretur [illegible]

suis, ita nec hic: ille posset sperare: ergo teneretur ad spem: et sic utrumque. q
Et aliquis teneatur ad aliquem actum, non sufficit quod attenta conditione subiecti tantum dicatur esse
possibilis ei prius talis actus; sed ultra requiritur, quod talis prius ei non repugnaret, et ab alio
separari inseparabiliter ab eo: hoc illi repugnaret prius spem sperandi, et ea supposita insepa-
rabiliter ab eo, s. revelatio propriae damnationis inseparabilis ab eo, cui fieret. Ad 2.
dicta ani, est simpliciter viator negative, idest, quatenus non pervenit adhuc ad statum ipsorum
positive, quatenus positive ordinatur ad assecutionem beatitudinis, et consequenter: tunc enim sup-
ponitur iudicium impossibilis practice de obtinendo illo, atque adeo tollit illum vim, conatus ad
illum ducentis in impedimentum practicae assecutionis; et ideo non potest sperare. Septimo arg.
cum sua absoluta de non futuritione aliquorum eventuum potuisse efficaciter illos intendere, ergo
cum sua absoluta de non futuritione beatitudinis habitam talem revelationem poterit bea-
titudinem efficaciter sperare: probo ans: Christus Dominus ut homo quidem sciebat non futuros
et tamen poterat efficaciter intendere et ostendit; 1° cum sua absoluta de non futuris consecu-
tionibus probo: Christus Dominus ut homo fuit liber libertate contradictionis, et contrarietatis in-
tra limites boni moralis: ergo quando efficaciter intendebat aliqua, de quibus sciebat
esse futura, poterat efficaciter intendere eorum negationes, quas sciebat non esse futuras, et ideo
poterat efficaciter intendere ea, quae sciebat non futura, ut ostendit. Resp. 1 ans, ad pro-
bationem cuius majoris, et minoris, ad probationem dico sequi libertate absoluta, efficacem quoad extremum con-
trarium et ideo, libertate partim contradictionis, et quoad unum extremum efficacem, ideo ideo, consequenter
loquendo sic enim est in Christo Domino libertas contradictionis, et contrarietatis. 1a efficax, hoc mo-
do, sciebat enim Christus Dominus aliquid esse futurum, poterat efficaciter intendere illud, et potest
non efficaciter intendere illud, si vero erat liber sic, quod negationes eorum, quae sciebat non
futuras, posset efficaciter intendere alias posset dari aliqua in Christo Domino voluntas absoluta et
efficax, quae potuisset frustrari, et etiam sequitur potuisse efficaciter orare pro salute eorum,
quos sciebat esse damnandos. 2a vero libertas contrarietatis non erat omnino absoluta,
sed partim contradictionis, in quantum circa eorum efficaciter volebat, quod sciebat esse futurum, poterat non
velle oppositum eorum se, et ex his, si vero reduplicatur prout subierat non futuritioni. Sexto
arg. si Deus revelet alicui revelatione absoluta quod sibi non restituet centum, quae tenetur
restituere, adhuc hic tenetur restituere: ergo esto alicui absolute revelet suam damnationem, ti-
nebitur adhuc suam aeternam salutem sperare: probo cons; sicuti beatitudo per dictam revelationem red-
ditur non futura, ita etiam illis revelationibus redditur non futura restitutio centum: hic non obstante futuritio rebo-
tat, ut tenet, debitor tenetur restituere: ergo esto alicui absolute Deus suam damnationem
revelat, adhuc tenebitur sperare suam aeternam salutem. Resp. concesso ani, ergo neg. ad probationem
concessa maiori etiam, et neg. si enim paritas inter utrumque datur: quia revelatio de non res-
titutione futura non perimit hic etiamnunc obiectum iustitiae, quae ad centum restitutionem inclinat,
et ideo illa revelatione supposita ille iustitiae conservare potest, etsi tenetur restituere, suum quod
potest praeceptum sibi impositum adimplere, illud tenetur adimplere: revelatio autem dam-
nationis variat simpliciter obiectum, ad quod inclinat theologica spes, reddendo illud
impossibile, unde ab eo aufert spem, et possibilitatem ad habendum illum, et ideo obligationem s-
perandi.
Sed dices solutionem obiectionis: per revelationem damnationis esto beatitudo reddatur
impossibilis practice, non tamen metaphysice: sed haec metaphysica possibilitas sufficit ad conser-
vandam theologicam spem: quia ruit solutio doctrinae. Metaphysica possibilitas restitutionis centum
sufficit ad conservandam virtutem iustitiae: ergo et metaphysica possibilitas beatitudinis ad conser-
vandam spem: ans constat, et cons probo: sicut obiectum spei est assecutio beatitudinis, ut im-
praxi existimari potest possibilis, sic obiectum iustitiae est restitutio ut in praxi possibilis: sed
quamvis per revelationem de non restitutione centum restitutio talis reddatur non futura, nec in
praxi possibilis, quia tamen manet metaphysice, et speculative possibilis, sufficit ad conser-
vandam iustitiae virtutem: ergo et metaphysica possibilitas beatitudinis ad conservandam virtutem
spei: probationem quoad 2am partem: si quis de facto non habet pecuniam, nec de facto

facto haec unde illius haeres posset, esto possibile metaphysice, repugnantiarum
haere, ille non tenetur restituere, et alia, nec nisi quia iusta sancti inclinat in res-
tantum prout practice possibilis, etiam in neg. quod solum speculative possibilis est: sic obiectum iustitiae
est restitutio practice possibilis. Resp.: Concessa maiori, concedo minorem, ad probationem concesso ante. nego consequentiam; ad
probationem dico maiorem quoad 2am partem est restitutio in praxi possibilis quando est ex parte ma-
teriae, 2do maiorem, absolute est restitutio futura, concedo maiorem, et concessa minori, nego consequentiam: quia spes
theorica, et nullus inspicit beatitudinem futuram ut finale obiectum. idest illam de qua possit pru-
denter estimare, quod poterit eam in praxi habere, facta a revelatione hoc non possit efforma-
ri iudicium, unde nec spes manere: obiectum vero iustitiae non est restitutio possibilis futura, sed re-
stitutio huic possibilis quando est ex parte materiae, ex qua quis possit solvere, etiamsi facta re-
velatione de futuritione restitutionis ille non amittat materiam ex qua possit solvere, non amit-
tit iustitiam, nec obligationem restituendi. Sed obiicies: quamvis non habenti materiam
ad solvendum restituere sit impossibile hic et nunc in praxi, non tamen est im-
possibile impossibilitate metaphysice, quia esto materiam de facto non habeat, non tamen de facto
illam habere repugnat: sed data ratione qua non tenetur ad restituendum est quia illam
non tantum respicit restitutionem possibilem metaphysice, sed hic et nunc practice possibile. Resp.
quod aliud requiritur ad conservandum iustitiam in homine subiecto, et aliud ad hoc quod ha-
beatur ... ad restituendum. ad primum sufficit quod quis possibilitate metaphysica possit restituere,
etiamsi hoc sit remota tantum, ad 2um requiritur possibilitas non solum ex iustitia
sed etiam ex materia, ex qua hic et nunc possit reddere iustum, unde materia solvendi
deficiente, non deficit iustitia, si solutio sit possibilis metaphysice etiam remote, deficit
obligatio praecepti, quia deficit posse proximum ad solvendum. Constat hoc exemplo.
Potest aliquis habere virtutem temperantiae, etiamsi actu ~~[illegible]~~ partis
sensitivae habeat ab intra sic domitos, quod exorbitare a recta via non pos-
sint ut contingit in Christo Domino et eius [illegible] matre. Potest quis con-
servare in se virtutem liberalitatis et magnificentiae, etiamsi careat materia ex
qua sumptus magnificos faciat. Sic pariter philosophus dominandi,
qui sine materia debita ad restituendum conservare potest, non tamen illa ca-
renti esto iustitiae virtutem habeat incumbit obligatio restituendi, et hoc
non, quia deest obiectum iustitiae, sed quia deficit materia praecepti. Cum ergo facta
revelatione [illegible] reus adhuc habeat virtutem iustitiae et nunc, ex
qua solutio debiti fieri possit, sequitur quod adhuc illa facta de
solvendo debito adhuc teneatur ad solutionem. Secus autem [illegible] non
accidit, quia cum obiectum spei sit bonum possibile futurum, idest de quo spes
quis prudenter possit existimare quod medio divino auxilio illud
poterit consequi in praxi, esto revelatione absoluta de sua damnatione
iam hoc bonum possibilis in praxi sibi destinatum, ipsa virtute spei destruitur,
et pariter possibilitas ad habendam illam. Septimo arguitur: per certi-
tudinem cognitionis non aufertur ratio tendendi in obiectum finali theoricae spei,
quousque habeatur, et existat prius intra inevitabilem assecutionem
rei, quod sit realis possessio ipsius: sic similiter per certitudinem

cognitionis extrinsecae de alicuius damnatione non auferretur habitus finalis spei theologicae, quousque haeretur principio intrinseco perveniendi ad ipsius beatitudinem, quae est damnatio in se ipsa, non vero in revelatione: tunc sic: sed certitudo habita per revelationem absolutam de alicuius damnatione est certitudo cognitionis extrinsecae ortae a Deo per revelationem a Deo extrinsecus factam: ergo supposita praefata revelatione adhuc manebit habitus finalis spei theologicae etc. simplicis: Resp. concesso ant. nego cons. cuius discriminis ratio est, quia ad evacuandam arduitatem obtinendi sufficit, quod quis omnino de certus sit de assecutione: quia cum tali certitudine adhuc assecutio beatitudinis est ardua, et potest ut talis repraesentari, quoniam quae beatitudo non possidetur in se ipsa, sed non haeretur causa inevitabilis assecutionis, et sic per certitudinem ortam ex revelatione absoluta assecutionis beatitudinis non aufertur theologica spes: quod, quia potest repraesentari ut ardua, praeter eo, quod adhuc non est in potestate sperantis, et adhuc non nisi per labores et tormenta ad illius assecutionem pervenire quis potest, ut patet in animabus purgatorii. Ad desperandum vero, sed non sperandum, sufficit improbabilitas aestimata consecutionis, quando dum quis pervenit ad hoc, quod vere aestimat beatitudinis assecutionem esse improbabilem, sperare non valet, quia eius beatitudinis ab ipso posse in praxi obtineri non potest iudicare, quia iudicium indispensabiliter pro regula spei requiritur: cum ergo facta tali revelatione hoc iudicium et regula spei deficiat, et ipsa spes necessario solvitur. Sed contra obiicitur: dum quis fide simplici credit, se assecuturum beatitudinem, adhuc potest sperare, quia ergo credet. non tamen videt se beatitudinem assecuturum, si hoc videret, spem amitteret: ergo dum quis credit fide simplici se esse damnandum, non tamen videt, adhuc poterit sperare: probatur cons.: ideo verum est, quia dum non videt, non convincitur adhuc ad asseverandum se esse damnandum; sed etiam dum tantum credit et non videt se esse damnandum, adhuc non convincitur te esse damnandum: ergo. Resp. concesso ant. nego cons. cuius discrimen est, quia si quis videret se assecuturum beatitudinem, iam non haeret fides de assecutione illius, et ideo nec spes, quia haec in fieri et conservari dependet a fide; si non videt, quamvis certo credat, non amittit fidem de beatitudinis assecutione, et idcirco nec spem: in casu nostro si quis credat firmiter se esse damnandum, habitus nequit beatitudinem aestimare sibi futuram, quia certitudo de sua damnatione habita per fidem, cum sit omnino infallibilis, non potest componi cum prudenti aestimatione de consecutione practica beatitudinis, et sic ergo credat, etsi videat se esse damnandum, spem theologicam non potest haerere. Octavus arg. principali, et peculiari argumento: ad spem theologicam et regulis variis non est iudicium de beatitudine ut futura: ergo facta tali revelatione futurae non sit adhuc manebit spes theologica: probo ant.: reprobus viator vere sperat spe theologica suam beatitudinem: et tamen non est in illo iudicium de beatitudine ut futura: ergo. maior non est: probo minorem: iudicium illud ut potest regulatum a fide supposito falso subesse non potest: sed si esset de beatitudine ut futura verum non esset: ergo minor patet: quia beatitudo reproborum viatoris futura non est, cum illi nunquam sit assecuturus: maior cum ipsa est omnino certa. Resp. adhuc ant. primo ens ad

ad pbm concessa maiori, 1° minor, ad huius pbm concessa maiori disting. minor: sed si eet de beatitudine ut futura vera si eet, si eet de illa ut futura in re. concedo minor, ut futura sub ratione cos sperabilis, nego minor. et cons: est ergo duplex iudicium de rei futuritione, aliud, quo quis iudicat rem esse futuram in re, et hoc iudicium nullo modo requiritur ad spem: aliud est iudicium de futuritione rei sub ratione cos sperabilis, idest, iudicium, quo quis iudicat se posse prudenter sperare rei futuritionem, s. rei assecutionem, et hoc iudicium est quod exigitur ad spem: et in hoc 2° sensu obiectum spei futurum dicitur: unde cum facta revelatione absoluta de alicuius damnatione ille hoc iudicium prudens de assecutione beatitudinis formare non posset, sperare non tenebitur: attamen bene regulariter viator. quia quantumvis beatitudo futura non sit in re, est tamen illi futura sub ratione cos sperabilis, illi enim non efformare posset iudicium prudens de beatitudine assequenda, illi enim dum constat illi esse denegandam suam beatitudinem. Explico hoc in modo fidei: ad fidem supernaturalis actum prærequiritur iudicium evidens de veritate credibili, sub ratione peculiari, sed tantum sub ratione cos credibilis, hoc est, requiritur iudicium, quo quis evidenter iudicet illud obiectum posse credi: ita ad actum spei necessarium est iudicium evidens de sperabilitate rei sperandæ (idest, quo voluntas potest prudenter illud sperare,) aut de quo voluntas potest sperare prudenter assequendum: unde sicut credens non credit nisi verum, ita sperans non sperat nisi futurum sub ratione cos sperabilis in cons.

De permissione peccati.

Ao

Concertatio Theologica.

Utrum permissio peccati sit effectus Praedestinationis in Praedestinatis?

In hac celebri controversia 1° suppono ut quid certum apud omnes Theologos peccatum sumptum ut formaliter effectum praedestinationis non esse; quod facile suadetur: omne quod negat esse effectum voluntatis Divinae negat esse effectum praedestinationis: sed peccatum formaliter negat esse effectum voluntatis Divinae: ergo neque effectum praedestinationis; loco hujus minoris probatio [illegible] antecedentis, etiam ad hoc effectum praedestinationis duo requiruntur indispensabiliter, nempe quod fiat ex voluntate Divina glorificante, et quod ducat ad consequendum [illegible]; ergo quod negat esse effectum Divinae voluntatis negat esse effectum praedestinationis.

Illud ad mirum hujus rei ad hoc ut peccatum sit effectus praedestinationis non requiri, quod simpliciter et absolute dicatur a voluntate fiat, sed sufficit si fiat renuntiative ut ducens ad aeternam salutem: in ergo in praedestinatis peccatum ducat ad aeternam salutem, sive ex voluntate praedestinantis, et sic erit effectus praedestinationis: sed in ut aliquid sit effectus praedestinationis requiritur, quod ex imperio praedestinantis in se ipso fiat; sed peccatum negatur ex voluntate praedestinantis in se ipso fieri; ergo negat esse effectum praedestinationis. — 2° peccatum fieri a voluntate Dei ut ducat ad finem praedestinationis duos sensus habere potest: alter est, quod quod ducit, fiat in re a voluntate praedestinantis; alter, quod voluntate praedestinantis fiat, quod peccatum quod ex se ducit ad mortem ducat ad vitam aeternam: in 1° sensu Deus negat facere peccatum ut ducens, quia Deus ex nullo fine peccatum [illegible] velit: neque enim facere potest malum culpae ut eveniant bono praedestinationis. in 2° sensu potest facere peccatum ut ducens hoc est, potest velle quod peccatum ducat ad vitam aeternam, sed hoc non sufficit ad affirmandum quod peccatum sit effectus praedestinationis: ergo: probo hanc minorem: etenim voluntas Dei quod peccatum ducat ad vitam aeternam supponit iam peccatum permissum a Deo: et factum a voluntate creata, tanquam a causa deficiente: ergo ex eo quod Deus velit, quod peccatum ducat ad vitam aeternam non habetur quod peccatum fiat in se ipso a Deo: ergo neque sequitur quod sit effectus praedestinationis.

2° suppono quod permissio peccati nil aliud est quam non collatio illius auxilii gratiae, quo dato vitaret peccatum; instar tentatio furti et Deus non dat auxilium gratiae efficacis ad vincendam tentationem, quo denegato non posito infallibiliter sequitur peccatum: tale enim est conditio creaturae, quod gravi tentata et sibi soli relicta infallibiliter tentationi succumbat et peccet ex sua malitia: sicut ad subtractionem columnae sustentantis lapidem sequitur casus lapidis ex ipso pondere et gravitate lapidis causatus.

Neque ex hoc infertur quod posita permissione et denegata gratia voluntas necessario et sine indifferentia peccet: sicut posita substractione columnae lapis per modum necessitatis deorsum tendit: quod substracta gratia efficaci adhuc restat in voluntate gratia sufficiens, cum qua [illegible] posset vitare peccatum, etsi non efficaciter sufficienter tamen: et sic taliter tentationi

peccando

peccando succumbit, quod possit non succumbere, et possit non peccare: in quo dissimilatur casui lapidis, qui ad descensum per modum naturae est determinatus sic quod in oppositum non potest: unde constat quod licet subtracto gratiae efficaci infallibiliter peccet non tamen sequitur quod necessario peccet.

3° suppono permissionem peccati posse sumi dupliciter. 1° active pro voluntate Dei permittentis peccatum, et in hac consideratione effectum praedestinationis non esse, ut pote quid increatum ex parte hominis. 2° accipitur passive pro carentia auxilii necessarii: quae quidem permissio passive sumpta indifferens est ad hoc ut ordinet ad damnationem hominis ex iustitia divina: aut ad aliquod maius bonum ex misericordia Dei unde permissio peccati sic sumpta non potest esse effectus praedestinationis determinate potius quam ~~praedestinationis~~ reprobationis imo ex natura sua magis ordinatur ad finem reprobationis: teste D. Tho. 1. 2. q. 79 art. 4. unde difficultas consistit in eo, utrum permissio peccati, quae secundum se est indifferens ad damnationem et bonum ipsius hominis possit de facto assumi ut medium ad finem praedestinationis ratione alicuius boni ad quod eiusmodi consequi intendatur ab ipso praedestinante.

In qua difficultate duplex versatur sententia: 1° docet carentiam gratiae, seu permissionem peccati non posse esse effectum praedestinationis neque intenti ex fine beatitudinis: hanc tenet Vazquez 1. p. disp. 93. cap. 2: Alarcon tract. 4. disp. 4. cap. 5 licet iste autor asserat posse per miraculum praeesse praedestinationis effectum. 2° docet permissionem peccati esse effectum praedestinationis in praedestinatis: haec sententia est communis inter thomistas: eam tenent Cajet. 1. p. q. 23 art. 5 q. ad 4. Bañez Nazarius Zumel Mr. Curiel Cerro [illegible]. Salmanticenses Mr. Ioannes a S. Tho. P. Suarez lib. 3 de praedestinatione cap. 8. Licet autem omnes isti autores in sententia conveniant, dissident tamen in eo quod aliqui ut P. Suarez etsi concedat permissionem peccati posse esse effectum praedestinationis sumendo pro motivo humilitatis, quae per se non requirit peccatum: non tamen concedit permissionem peccati posse esse volitam ex intentione poenitentiae, ita quod sit de primaria et absoluta intentione Dei: alij autem oppositum sentiunt nempe poenitentiam posse esse de primaria intentione Dei, eiusque effectum posse esse permissionem peccati, sicut patientiam martyrum posse habere pro effectu permissionem peccati tyranni.

Ad ultimam meae praelectionis partem deveniendo, ut penitus difficultatis quam maxime exoderet, et veritas nostrae sententiae clarius appareat in duplicem conclusionem examen illius deducam. in quarum 1a de permissione absoluta erit sermo: in 2a autem de permissione ex motivo poenitentiae.

Sit ergo nostra 1a conclusio: permissio peccati in electis est effectus praedestinationis: probatur 1° nostra conclusio ex Magno Parente Aug. lib. de natura et gratia cap. 29. ubi explicans illud versum psalm. 29 <u>avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus</u>: sic ad finem cap. ait: <u>ideo qui in voluntate sua praesidebat [illegible] virtute, avertit paululum faciem suam, ut qui hoc dixerat fieret conturbatus</u>: quoniam ipsius est ille tumor sanandus doloribus, ex quibus sic arguitur. Deus faciem suam avertere est negare auxilium in quo stat peccati permissio: at iuxta Aug. ideo Deus faciem avertit ut homo conturbatus humilis fiat: ergo ideo peccatum permittit ut homo humilis et cautus resurgat: et quod ex fine spirituali praeparat electis est effectum suae praedestinationis: ergo permissio peccati est effectum praedestinationis.

Quam doctrinam tradiderat Aug. super epist. ad Rom. cap. 8. ibi: ex hoc autem

quod

quod ipsum casus cautior resurgit, et humilior: unde in glossa subdit, postquam dixerat quod hoc ipsum facit eis proficere in bonum quod sibi humiliores redeunt atque cautiores: Discunt enim cum tremore se exultare debere, non tamquam arrogando sibi de sua virtute fervorem permanentem, exempli cum illo verba Pauli 1.a ad Corinth. 15. Quos tradidi Satanae ut discant non blasphemare: ibi esse vit aliquantum Deus unde superbum, ut sciat non suum Deum esse ut discat superbum non esse: ex quibus fit idem argumentum quod ante: Deus sinit cadere electos in peccato ut cautiores et humiliores resurgant: deserit enim aliquos subtrahendo gratiam ut sciant quod esse in gratia non suum sed Dei est, et sic non cadant in superbiam: sed humilitas et maior cautela bona spiritualia sunt: ergo Deus ex voluntate huius boni spiritualis peccata permittit electis. et sic sicut illud bonum spirituale est effectus praedestinationis: ita et permissio, quae ad illud obtinendum deducit effectus praedestinationis erit.

Probo 2° idem authoritate Angelici Doctoris 1.2 q. 79 art. 4 ibi excecatio est quoddam praeambulum ad peccandum: peccatum autem ad duo ordinat, ad unum quidem per se scilicet ad damnationem: ad aliud vero ex divina misericordia et providentia scilicet ad sanationem, in quantum Deus permittit cadere in peccatum ut peccatum suum cognoscentes humilientur, et convertantur. unde et excecatio ex sui ratione ordinatur ad damnationem eius qui excecatur; et quod ponitur etiam reprobationis effectus: sed ex divina misericordia excecatio ad tempus ordinatur medicinaliter ad salutem eorum qui excecantur. sed haec misericordia non omnibus impenditur excecatis, sed praedestinatis tantum, quibus omnia cooperantur in bonum. Ex quibus sic argumentor: excecatio quae est negatio seu non largitio illustrationis gratiae, qua posita sequitur in praedestinatis peccatum, ordinatur ex divina misericordia ad bonum humilitatis: ergo cadit sub eo ordine sub quo cadit bonum humilitatis, sed hoc bonum cadit sub ordine providentiae, quae est praedestinatio: ergo praedicta subtractio gratiae, quae permissio est, est eius effectus.

Probo 3° hoc ipsum specialiter testimonio Damasceni lib. 2 de fide. cap. 29. permittit quis quandoque in turpi actione incidere ad emendationem deterioris affectus; est quis exaltatus in virtutibus et operibus suis, hunc sinit Deus in adulterium prolabi, ut per lapsum in cognitionem propriae infirmitatis veniens, confiteatur Domino: ergo propter bonum humilitatis, confessionis Deus permittit peccatum in praedestinato: sed praedictum bonum est effectus praedestinationis: ergo et ipsa permissio etiam erit effectus praedestinationis.

His respondent Authores oppositae, quod sancti haec dicunt non quod voluntas permittendi sit effectus voluntatis qua bonum humilitatis amat praedestinato: sed quod permisso peccato ex alio fine et praeviso a Deo, semper Deus ex sua misericordia educit in praedestinato bonum praedictum humilitatis: = Contra est quod nullus potest negare quod permissio peccati in praedestinatis sit volita ex aliquo fine; at sancti non alium finem talis assignant nisi hoc humilitatis et conversionis bonum: ergo bonum praedictum non amat praedestinato ex praevisione peccati, et occasionaliter, sed vel et per se, sed ex volunt. praedicti boni vult permittere peccatum.

2° impugno sic data solutio. non implicat quod permissio peccati sit volita ex volunt. praedicti boni: ergo cum sancti absolute dicant Deum propter illud permittere peccatum non debet intelligi quod praedictum bonum sit volitum occasione sumpta ex peccato praeviso. sed quod permissio sit effectus voluntatis praedicti boni. = 3° Damascenus specialiter loco adducto asserit Deum aliquando velle permittere peccatum propter alium finem, aliquando propter bonum aliorum; aliquando propter bonum ipsiusmet peccatoris; sed qui vult permittere peccatum

pro

et gloriam suam: tunc finis permissionis est gloria non volita occasionaliter ex previsione peccati: ergo quando dicit quod vult permittere peccatum propter bonum ipsius peccatoris, non debet intelligi quod ipsum bonum sit volitum occasionaliter ex ipso peccato previso, sed quod sit primordialiter volitum, et ex eius voluntate permittat peccatum in predestinato.

Deinde Aug. dicit loco adducto Deum velle permittere peccatum ut sibi displiceat non esse superbum: ergo antequam peccatum ~~[illegible]~~ permittat intendit bonum humilitatis in eo in quo peccatum permittit. Tum etiam quia D. Thomas eodem modo loquitur, et docet excecatum [?] per permissionem peccati esse effectum reprobationis sicut est effectus predestinationis: sed reprobatio est causa finalis permissionis peccati: ergo etiam predestinatio seu bonum predestinati est causa finalis permissionis peccati in electis.

Deinde secundo magis declaratur ratione: permissio peccati est volita a Deo ex fine glorificandi predestinatos: ergo est effectus predestinationis. Consequentia tenet, et antecedens probatur: nam permissio peccati in electis est volita ex fine humilitatis ut constat ex testimoniis PP. adductis, et insuper est D. Aug. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ait, usque adeo prorsus omnia, ut etiam si qui eorum deviant et exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atque doctiores, discunt enim in ipsa via iusta cum tremore exultare, non sibi arrogando tamquam de suo virtute confidentiam permanendi: sed humilitas est volita a Deo ex fine ~~glorificandi~~: ergo etiam ex fine ~~predestinandi~~ peccati. Tum etiam quia si aliquid obstaret ne permissio peccati esset effectus predestinationis, seu sit volita ex fine glorificandi, esset quod Deus volens permissionem ex illo fine teneretur velle peccatum; sed hoc consequens est nullum: ergo primum. Minor: tum quia non obstante quod permissio peccati habet infallibilem connexionem cum peccato, Deus vult permissionem quin velit peccatum: ergo etiam poterit velle permissionem ex fine beatitudinis quin vellit peccatum: tum etiam quia in omni sensu permissio peccati est volita a Deo ex intentione alicuius finis: nam cum substractio gratie seu permissio peccati cadat sub providentia Dei, ex aliquo fine bono debet esse volita: et tamen ex hoc non infertur quod peccatum sit volitum a Deo: ergo etiam si Deus illam vellit ex fine humilitatis seu glorificationis non probat quod peccatum sit volitum. Denique id quod conducit ad aliquem finem, si amicabile sit, potest ex intentione illius finis amari et preparari; sed permissio peccati amicabilis est, et aliunde conducit ad finem predestinationis: ergo potest esse volita ex illo fine.

Dices huic rationi, permissionem peccati posse quidem amari a Deo ex intentione alterius finis, non vero ex fine humilitatis et glorificationis electorum, et redduntur [?] discrimen [?], quia ad alios fines conducit immediate et ratione sui: ad finem autem humilitatis et predestinationis non conducit nisi mediante peccato, ac proinde non potest ex tali fine amari nisi ametur peccatum.

Sed contra 1°: permissio peccati non conducit ad finem predestinationis tantum ratione peccati: ergo solutio nulla. Probatur antecedens: permissio peccati ratione sui et immediate conducit humilitati ipsius predestinati: videns namque predestinatus Deum posse pro suo libertate et dominio absoluto denegare auxilium efficax, habet sufficiens motivum ut humiliet sub omnipotenti manu Dei: ergo permissio peccati, quatenus in ipsa denegatione auxilium efficax [?] ante peccatum consistit, ratione sui et independenter a peccato habet conducere ad finem predestinationis.

2° dato quod permissio peccati non ratione sui sed ratione peccati conducat ad finem predestinationis, potest preparari a Deo ex fine predestinandi: ergo

nullo

[illegible] est solutio: probatur permissio peccati reproborum est effectus praedestinationis electorum: ut ipse
ex illa ad Romanos 9 sustinuit in multa patientia vasa irae in interitum ut ostenderet divitias gloriae
suae in vasa misericordiae: et tamen ad ipsum finem permissio peccati non ducit nisi mediante speciali
reproborum cognito et praedestinatis: ergo quia ambo permissio peccati non ducat ad finem praedestina-
tionis nisi mediante peccato, potuit praeparari a Deo ex fine praedestinationis [illegible] peccatum
non praepararet: probo minorem: etenim permissio peccati reproborum non punit in reprobis ratione sui nec ratione
Dei sustinuit vasa irae apta in interitum, sed ratione peccati permissi ergo non ostendit divitias gratiae
et gloriae Dei ergo electos in comparatione ad poenam reproborum nisi mediante peccato cognito a praedesti-
natis.

Explicatur hoc: permissio peccati in reprobis non est effectus praedestinationis electorum, quo videntur
electi quod Deus puniat peccata in reprobis et ita ipsis quae desertos movent ad gratiarum actionem pro benefi-
ciis illis concessis et aliis denegatis: at hoc requiritur cognoscere electi nisi videant eventum peccati
reproborum: ergo permissio peccati reproborum non ducit ad finem praedestinationis in electis nisi ratione
peccati permissi.

Huic replicae respondet D. Vasquez quod licet [illegible] quod praedestinati in hac vita non
possunt cognoscere gratias congruas reprobis denegatas nisi ex eventu peccati: et sic non possunt in hac vita
moveri ad reddendas gratiarum actiones: in alia tamen vita per revelationem in verbo non ex eventu peccati
gratias congruas reprobis denegatas, et ipsis concessas cognoscunt, et diminuti et [illegible] ipsis diliderant, et
gratias Deo agunt: et ex hac gratiarum actione potest interiri a Deo, et ex intentione eius potest
amari permissio peccati, sine eo quod amet peccatum.

Sed contra quia praedestinati in patria per reve-
lationem in Verbo immediate cognoscunt permissionem peccati reproborum, sic et immediate cognoscunt
permissionem peccati ipsius, ergo sicut in patria movent ad gratiarum actionem pro gratia reprobis de-
negata et illis concessa: sic in patria poterunt movere ad gratiarum actionem pro gratia illis
in innumeris peccatis concessa misericordiae: ergo sicut permissio peccati reproborum
potuit intendi ex bono fine a Deo, ita et permissio peccati ipsius potuerit ex hoc fine a
Deo praeparari, et sic potuerit esse effectus praedestinationis.

Secundo contra quia falso asserit D. Vasquez
in corde dicit quod permissio peccati reproborum sit effectus praedestinationis electorum ex eo solum
quod electi in Patria immediate agnoscunt gratias reprobis denegatas, et ex hoc moveantur in
Patria ad gratiarum actionem, inter eo quod [illegible] eventus, a praedestinatis dilexerit: ergo
pro ambo non D. Aug. lib. 1 ad Simplicianum quaestio 2 explicans illud verbum ut ostenderet
divitias gloriae suae dixit ob hoc bona dat malis ut divinat eos iuste damnare, ut
fidelis eius magis diligant quibus gratias ipsis confirmavit: ergo ex mente Aug. permissio pec-
cati reproborum praeparatur a Deo ex fine maioris dilectionis in praedestinatis; at hoc augm-
entum dilectionis non habet in patria: ibi enim charitas in terminis est, et augeri non requirit: ergo tantum
habet in via: ergo permissio peccati reproborum non solum est effectus praedestinationis electorum, ex
fine gratiarum actionis habitae in Patria, sicut dicit D. Vasquez, sed etiam ultra dicitur
via requirit cognosci permissio peccati reproborum nisi ex eventu ipsius peccati: ergo talis
permissio non ducit ad maiorem dilectionem praedestinatorum ratione sui, sed ratione peccati; et nihilomi-
nus est effectus praedestinationis electorum: ergo similiter est permissio peccati ipsius solum ratione
peccati cogniti ducat ad praedestinationis effectum erit effectus praedestinationis.

tande

Sancta impugno solutionem Patris Vasquez: quia non est bono loco permissio solum conducit ad predestinatum ratione peccati; sed peccatum non est effectus predestinationis; ergo permissio non erit effectus predestinationis: ergo nulla est solutio: probatur antecedens: ratio ob quam peccatum non est effectus predestinationis non est quod non conducat ad predestinationem, id quod non sit secundum se predestinatum, sed permittit tantum, ad permissio perfectum sufficit quod fiat, et quod ratione alicuius conducentis applicetur ad predestinationis effectum conducat: ergo cum haec duo etiam conveniant permissioni peccati non erit denegandum permissionem quod sit effectus predestinationis: probo minorem: dato quod permissio fiat ex vi predestinationis, et conducat ad predestinationem salvatur totum quod requiritur ad hoc ut sit predestinationis effectus; ergo quod peccatum non fiat a predestinante non aufertur permissione quod verus effectus predestinationis sit.

Explicat hoc: ex hoc quod peccatum non sit effectus predestinationis solum infertur quod permissio immediate non sit effectus predestinationis: siquidem praeter peccatum duntaxat effectus ad quos tum peccatum conducit non videtur sequi quod mediate non sit effectus predestinationis: siquidem praeter peccatum sunt alii effectus ad quos etiam peccatum conducit, etiam permissio peccati mediante peccato conducit: ergo ex hoc quod peccatum non sit effectus predestinationis non tollitur quin permissio sit effectus predestinationis.

1um argumentum

Sed obijcies omnis effectus predestinationis debet esse gratia, immo gratia per Christum; at permissio peccati non est gratia sed potius negatio gratiae: nec gratia per Christum esse potest: tum quia Christus non est mortuus ut predestinatis permittat peccatum; tum quia Christus postulasset a Patre ut gratiam predestinatis denegaret cum ab ipso postulaverit, ut premium meritorum suorum ergo permissio peccati effectus predestinationis non est. — ad hoc distinguo maiorem debet esse gratia intrinsece nego intrinsece vel extrinsece concedo maiorem et sub eadem distinctione minorem nego consequentiam, quia licet negatio gratiae intrinsece et ratione sui gratia non sit, quia tamen ordinatur ut predestinatus humilior et cautior resurgat, et in gratia usque ad finem perseveret gratia est extrinsece, et gratia per Christum sublimitatem meritorum cadentium [illegible] postulationis terminatur: nec hoc requiritur quod Christus dicatur mortuus ut predestinatis gratiam denegaret, sed sufficit ut dicatur mortuus pro salvandis et redimendis hominibus predestinatis: in quo includitur etiam denegatio gratiae ut ad salutem conducens.

Instas 1o. id quod ratione sui ad beatitudinis consequutionem conducit, ratione sui debet esse gratia: sed permissio peccati ratione sui iuxta nostram doctrinam ad consequutionem beatitudinis conducit: ergo ratione sui debet esse gratia: probo maiorem id quod ratione sui conducit ad beatitudinem ratione sui est beneficium preparatum predestinato ex fine predestinantis ergo ratione sui est gratia. — 2o. ideo permissio ponitur effectus predestinationis quia eligitur ut medium proximum conducens ad uberiorem gratiam vel ad perseverantiam in gratia sed medium sic connexum cum gratia uberiori vel cum perseverantia in gratia: ergo dum permissio peccati ponitur effectus predestinationis debet poni quod ratione sui sit gratia intrinsece. — 3o. id quod potest Christus petere a Deo potest etiam a nobis licite postulari, cum orationes nostrae orationi Christi debeant esse conformes; at permissio peccati nequit a nobis postulari: ergo nec poterit postulari a Christo.

Ad 1am respondeo negando maiorem: dicitur enim certum iuxta D. Thom. quod ingenium bonum indoles ratione sui conducunt ad predestinationem, et tamen non possunt ratione sui gratiae dici: cum ad ordinem naturae spectent: conducentia enim ad gratiam et ad predestinationem non conveniunt illis per connexionem intrinsecam quam habent cum fine vitae aeternae, [illegible] etiam ex fine [illegible] preparantis eas ex eo: sed tantum assumuntur voluntarie a predestinante, unde sufficit quod a predestinante ad gratiam extrinsece ordinentur sine eo quod ratione sui intrinsece gratiae sint.

ad 2m

Ad 2m nego maiorem: aliquam permissio peccati est proxime et immediate ad uberiorem gratiam conduciit: significatum enim illum ad uberiorem gratiam, in quo quis resurgit, mediat cognitio permissionis peccati: ex hoc enim quod quis videt se derelictum a Deo per permissionem peccati, cognoscit quod ex se ipso non habet vires sufficientes ad vincendum peccatum: sed quod omnis efficacia a Deo sit, et sic se humiliat sub potenti manu Dei: unde ipsa permissio solum per modum obiecti cogniti ad bonum humilitatis conducit, et sic non immediate.

Ad 3m aliqui concedunt quod Christus potest postulari et promereri praedestinatis peccati permissionem: negant tamen quod praedestinati possint postulari a Deo quod ipsis peccatum permittat et signant discrimen in eo quod voluntas Christi non est illa voluntas quae commissura est peccatum cuius permissionem exposcit, et sic potest petere ut praedestinatis peccatum permittat sine eo quod displiceat sibi in peccato permisso: voluntas autem nostra peccatum est commissura, unde si postularet quod Deus illi peccatum permitteret vere in peccato sibi displiceret, quod cum non liceat, neque licebit a Deo proprii peccati permissionem postulare.

Si instabis: ideo si postulare permissionem proprii peccati infert similitudinem complacentiae in proprio peccato, etiam postulare permissionem alieni peccati inferret similitudinem complacentiae in alieno peccato: sed voluntas Christi nequit sibi complacere in proprio neque in alieno peccato: ergo nequibit postulare Patrem ut permittat peccatum praedestinatis [illegible] est bono: [illegible] certa et maior probatur: ideo postulare peccatum proprium infert complacentiam in proprio peccato: quod proprium peccatum infallibiliter connectitur cum permissione proprii peccati: sed etiam peccatum alienum connectitur infallibiliter cum sui permissione: ergo sicut postulatio permissionis proprii peccati infert complacentiam in proprio peccato: ita et postulatio permissionis peccati alieni infert complacentiam in alieno peccato.

Ad hoc respondeo negando maiorem: ad probationem nego antecedens: non enim ea est ratio quare postulare permissionem proprii peccati infert complacentiam in proprio peccato: quod proprium peccatum infallibiliter connectitur cum permissione: sed quod illa met voluntas, quae postulat, est illa, quae est peccatum commissura, et sic cum voluntarie postulat quod sibi Deus peccare permittat, non potest praescindere a complacentia in peccato, cum postulet a Deo ut illam sinat velle peccatum: voluntas autem Christi cum non sit quae commissura est peccatum alienum potest praescindere a complacentia peccati alieni et tantum sistere in ipsa permissione peccati, quatenus ratione sui conducit ad hoc ut praedestinatus cautior, et humilior resurgat.

Unde in forma dico ad 3m replicam: distinguo maiorem: potest postulari a nobis absolute nego maiorem: sub conditione id est si conducat, et a Deo ad maiorem humilitatem, et perseverantiam in gratia [illegible] idonea concedo maiorem, et distinguo minorem, [illegible] modo.

Si quis hanc solutionem instabit: in hoc puncto permissionis peccati conditionata non videtur adesse nobis licita, ergo nulla est solutio: probo antecedens: non licet nobis graviter offendere etiam si ex offensione Dei nobis maior eveniat utilitas, quam eveniret ex conservata gratia, id est ex largitione auxilii efficacis ad vitandum peccatum: ergo non licet nobis postulare a Deo quod nos permittat peccare etiam sub hac conditione quod haec permissio conducat, et iudicetur idonea Deo ad maius bonum nostrum nempe ad perseverandum in gratia: et resurgendum in gratia uberiori: probatur consequentia: non in hoc ipso quod qui postulet a Deo quod sibi permittat peccatum si

conducat

dicat ad hoc ut humilior et cautior resurgat vult peccare et Deum offendere, si ponatur
ea conditio: at velle Deum graviter offendere nullo modo licet quacunque conditione posita: ergo non licet postulare a Deo permissionem peccati etiam praedicta conditione posita.

unde aliter ad 3 replicam dico negando maiorem quod non
quia orationes nostrae possunt licite conformari cum orationibus Christi quae vera et maior, quia cuius
positione in re non sequitur infallibiliter nostrum peccatum concedo antecedens: si autem maior postulata involvit
infallibiliter nostrum peccatum nego antecedens et consequentiam: quia cum peccatum sequatur ex voluntate nostra posita
denegatione gratiae quae permissio peccati est, nunquam licet voluntatem postulare et desiderare
huiusmodi permissionem quia illa data ipsa voluntas quae postulat infallibiliter est peccaturo

2um argumentum

2o obiicies, permissio peccati ad finem praedestinationis non conducit: ergo effectus praedestinationis non est: probo antecedens 1o medium perse conducens ad finem reprobationis,
ad finem praedestinationis conducere nequit: sed permissio peccati perse conducit ad finem reprobationis,
ergo nullo modo conducit ad finem praedestinationis: 2o gratiae denegatio nequit conducere ad manifestationem gratiae, et bonitatis Dei: ergo nequit conducere ad beatitudinem: confirmatur et probo antecedens quia
quadam doctrina D. Thomae 1a parte quaestione 104 art. 4. ibi redigere etiam aliquid in nihilum non pertinet ad
gratiae manifestationem cum magis per hoc divina potestas et bonitas ostendatur quod res in esse conservat
unde simpliciter dicendum est quod nihil omnino in nihilum redigetur. ex quibus sic fit argumentum quia annihilatio non est actio sed carentia actionis conservantis, per quam bonitas, et omnipotentia divina manifestatur, infert D. Thomas annihilationem non pertinere ad manifestationem gratiae divinae: sed denegatio gratiae efficacis non est actio sed carentia actionis gratiam infundentis, per quam divina bonitas et potentia manifestatur: ergo ad divinae gratiae manifestationem non pertinet: ac per consequens non erit effectus praedestinationis.

Ad hoc argumentum 1o nego antecedens. ad probationem distinguo maiorem, nequit conducere perse et ex se concedo maiorem: ex divina misericordia sic ordinante nego maiorem: et concesso minori nego consequentiam: quae solutio est D. Thomae 1.2 quaestione 79 art. 4 ubi docet peccatum, et excaecationem quae est illius praeambulum perse ordinari dicere ad damnationem: ex divina vero misericordia ordinari ad sanationem: et in hoc maxime ostendi divinae misericordiae et approbari, quod ea media quae ex sua natura tendunt in damnationem, in bonum praedestinatorum convertat.

Ad 2am probationem nego antecedens ad probationem ex D. Thoma, sumptam distinguo maiorem. quod est carentia actionis aequivalenter destructiva concedo maiorem
quod est carentia actionis conservando subiectum nego maiorem, et distinguo minorem: non est actio, sed carentia actionis per quam conservatur subiectum praedestinatum nego maiorem: carentia actionis per quam destruit aliquod accidens praedestinati: concedo minorem et nego consequentiam: itaque hoc versatur discrimen inter ablationem gratiae, vel collationem auxilii efficacis ad vitandum peccatum et annihilationem: quod cum haec adequate subiectum tollat, illa relinquit subiectum cui quod posset Deus suam gratiam manifestare. Cum
tum negatio auxilii efficacis subiectum praedestinatum in esse relinquat, potest illi esse utilis ad
hoc quod illi gratias agat, quod se videt divinae gratiae ad vitandum peccatum adiuvari: et sic
et denegatio auxilii efficacis non manifestet gratiam cuius est negatio manifestat tamen, quod quod
Deus auxilium tribuit ad vitandum peccatum, praedestinatis gratiam exhibet, siquidem absque iniuria
quando vult, illi ea denegat.

fateor tamen quod potest Deus annihilando Petrum, Ioannem manifestare, quod ex sola
misericordia Dei Ioannes conservatur in esse: et tunc annihilatio, licet subiecti annihilati Dei

gratiam

ejus et misericordiam non manifestaret, damnum non manifestaret illius et induceret illum ad tam ardua cum periculis similibus misericordia Dni quod non sunt consumpti. Si ex hoc tantum inferri posset, quod annihilatio vere esset effectus praedestinationis, Joannis in esse conservati, non vero Petri annihilati: Quando autem Deus hoc non facit, neque faceret, quia non decet sic misericordiam ostendi in uno, quod pura justitia eluceat in alio; si autem Deus unum annihilaret ut misericordiam ostenderet in altero vix sic contingeret, quod annihilatio summa ratione et pura justitia fieret. Siquidem adaequate illum destrueret ex solo fine quod alter videret se prae alio conservatum, se ex divina misericordia conservatum agnosceret.

3m argum

3º objicies: non est prudentis principis permittere malum malum ex intentione majoris boni, at peccatum est malum malum quam beatitudo sit bonum; cum peccatum sit infinite odio ratione infinitae gravitatis quam habet in ratione offensae Dei, et beatitudo finite amabilis sit, cum tantum sit bonum bonitate finita: ergo ex fine beatitudinis consequendae nequit intendi permissio peccati, et sic non erit effectus praedestinationis.

Huic objectioni aliqui respondent negando quod beatitudo sit tantum bonum, quantum malum est peccatum, quia sicut peccatum accipit infinitatem quia moraliter in Deo subjectatur, ita beatitudo includit Deum ipsum per modum speciei sibi unitum: et sic cum beatitudo in se claudat bonum Deum, per esse tale non debet non esse tam bonum, quam peccatum sit malum: et sane vere est possibile ex hoc quod non tantum intrinsece moraliter Deo et subjectat in illo infinitam gravitatem simpliciter tale accipiat, et quod beatitudo cui Deus per se ipsum unitur intrinsece per rationem, ut si non per illam ratione infinita in genere moralis valoris elevatur.

Haec tamen solutio sustineri non valet: nam si beatitudo infiniti valoris esset ex ratione de condigno promereri nostris actibus, hae autem cum a gratia habituali, quam Deus tantum participative finite procedant, non possent ad condignitatem beatitudinis, si infiniti valoris esset ex Deo sibi per ipsam unito pervenire: neque ratio insinuata in solutione convincit quod beatitudo infiniti valoris sit, si enim offensa infinitae gravitatis est: siquidem offensa infinitae gravitatis evadit ex eo quod in Deo tanquam in subjecto moraliter subjectatur et ex aestimatione prudentis quanto subjectum est grave tanto offensa gravior est: Deus autem mentibus beatorum tantum unitur intelligibiliter ut objectum intelligibile et per modum speciei seu ut causa seu visionis beatificae: unio autem per modum objecti non sic aestimatur quod si objectum infinitum sit visio objecti infiniti valoris evadat: cujus ratio est: quod objectum tantum de actionibus conferat quantum ad ipsius actionis effectiva praecontinet. Deus autem ... limitate affectu tantum praecontinet ut finito modo attingit; et sic Deus ut intelligibilis solum finito modo de visione communicat, unde visio in infiniti valoris evadere nequit.

Et si dicas quod hoc tantum convincit quod visio beata tantum sit finitae bonitatis, non quod infiniti valoris non sit, sicut merita Christi ex quibus etsi in esse physico Deus finito modo unitus tenetur convincit esse bonitatis finitae non tamen convincit quod infiniti valoris non sint. Resp. quod meritum Christi infiniti valoris moralis tenetur quia persona Christi illo eliciens infinita simpliciter est, et obsequium et humiliatio personae infinitae in moralibus infinite simpliciter aestimatur. — ex hoc quod

Et si iterum instes: quia ut in secunda probabilitate species impressa effective ad visionem concurrit: et sic visio beata effective procedit a Deo unito mentibus beatorum per modum speciei impressae. Resp.: quod effective concurrit per modum complementi causae efficientis

efficientis, quae est causa beati, non vero per modum principalis efficientis visionis: neque enim Christus Deus videns per beatus. Persona autem Christi est principale de ipsa humilitatum merendi satisfaciendi, eo quod prius et quod actionum humanarum sit: non autem tantum debet estimari ducerem efficientes alicuius complementi causa efficientis, ac primae ducem causa efficientis: propter quod quae actus meritorii Christi non sunt infiniti valoris ex eo praecise quod efficienter conveniunt a Persona: sed quod Persona se humiliat per illos, et Deus ipse subsistit in recompensationem offensae.

Quod alij theologi dicunt huic obiectioni quod licet beatitudo Petri secundum se considerata non sit tantum bonum quantum malum est offensa mortalis Dei, tamen manifestata eo quod per illam manifestatur bonitas Dei infinita, et eius misericordia, tantum bonum sit, immo et maius bonum, quam sit malum offensio: et sic ex amore beatitudinis hoc 2° modo spectatae bene poterat Deus praeparare Petro peccati mortalis permissionem:

haec tamen solutio est falsa: tum quia licet gloria Petri infinitam Dei misericordiam et bonitatem manifestet non tamen illam infinite modo manifestat sed modo finito et limitato: ergo non erit sic spectata gloria Petri tantum bonum quantum malum est offensa: quia licet non offensio mortalis non solum sit infinita bonitas et misericordia Dei verum etiam infinite illam laedit subiective: ergo erit maius malum quam beatitudo sit bonum quae tamen finite modo divina attributa manifestat. = 2° si beatitudo ut manifestativa bonitatis Dei esset tantum bonum, id est tanti valoris bonum, quantum offensa est malum, et est tantae gravitatis, sequeretur quod sicut peccatum ex quo Dei offensio est infinitae gravitatis est: ita beatitudo ex quo manifestativa Dei bonitatis est infiniti valoris esset bonum est aperte falsum: ergo et falsum est quod beatitudo ut manifestativa bonitatis Dei sit tantum bonum, quantum malum offensa mortalis.

Dico ergo ad argumentum distinguo maiorem: si sit maius malum

vera solutio

respective ad subiectum cui intendit bonum concedo maiorem: si sit malum malum respective ad intendentem non vero ad illum cui bonum intendit nego maiorem: et distinguo minorem: peccatum est maius malum respective ad Deum intendentem bonum Petro concedo maiorem: respective ad ipsum Petrum, cui Deus intendit bonum beatitudinis nego minorem: et consequentiam: itaque in peccato sunt duo consideranda: verbo offensa Dei, et haec est maius malum tamen Dei, quam sit beatitudo bonum tamen Petri cui intendit: specialiter vero considerando in peccata ipsa privatio meritorum gratiae, tamen quae est malum praedestinati cui praeparat permissio peccati, et isto modo peccatum non est maius malum praedestinato, quam sit ei beatitudo bonum. Deus ergo ut explicet amorem suum erga praedestinatum permittit peccatum, quod etsi sit maius malum tamen sui quam beatitudo est bonum non tamen est maius malum tamen praedestinati, quam sit praedestinato bonum ipsa beatitudo.

Quod instas: Deus praedestinans Petrum vel magis amat se ipsum quam Petrum quem praedestinat, siquidem ex amore suae divinae bonitatis movetur ad amorem Petri praedestinati: ergo nequit per praedestinationem praeparare id ex quo maius malum sibi praedestinanti sequitur quam sequatur bonum ex hoc quod Petrus beatitudinem assequatur: at ex praedestinatione Petri Deo tantum sequitur finitum bonum, nempe manifestatio finita suae divinae bonitatis per gloriam Petri: ex peccato autem malum sibi infinitum infert: igitur ex fine praedestinandi Petrum nequit Deus permittere peccatum.

Praeterea hoc: quod Deus praedestinans Petrum intendit explicare amorem, quo diligit

diligit predestinatus, nequit ex vi predestinationis Petri preparare Petro id quod maius malum quam sit bonum beatitudo quam intendit ei communicare. Sed Deus Petrum predestinans intendit explicare amorem, quem habet ad suam infinitam bonitatem: ergo ex vi predestinationis nequit preparare id ex quo maius malum sue divine bonitati resultat, quam resultet bonum ex gloria per predestinationem intento.

Ad hoc distinguo antecedens: Deus predestinans Petrum magis amat se ipsum quam Petrum, et illud magis explicat per predestinationem Petri nego antecedens; et non explicat concedo antecedens, et nego consequentiam. Non semper Deus magis amat se ipsum quam eum, quem predestinat. Si predestinatio non est ad demonstrandum amorem quo Deus seipsum amat, sed ad demonstrandum amorem erga predestinatum: ergo dum predestinat potest sibi ipsi maius inferre malum, quam sit bonum quod haurit ex beatitudine Petrus, ut sic magis eluceat, quam ardenter predestinatum amet, qui ut predestinato bonum beatitudinis elargiatur, non recusat permittere quod sibi ipsi est malum. Per quod patet ad consequentiam.

4 argumentum. 4° obijcies: si permissio peccati esset effectus predestinationis sequeretur Deum velle peccatum: consequens nequit admitti: ergo. Probatur sequela. Si permissio peccati esset effectus predestinationis, esset volita ex fine humilitatis et penitentie, qui finis nequit poni in re nisi mediante peccato: ergo sequeretur Deum velle existentiam peccati: etenim qui efficaciter vult aliquem finem consequendum, efficaciter vult ea omnia sine quibus talis finis consequi non potest: nam voluntas efficax finis est virtualis voluntas omnium eorum sine quibus, et quae ad finis consequutionem necessario requiruntur.

Ad hanc obiectionem dico: nullo modo marg.[illegible] ad probationem nego consequentiam: volitio enim finis est volitio vel permissio omnium eorum, quae necessario conducunt ad finem volitum, non volibilium: permissio vero eorum, quorum existentia est ad finem consequendum non tamen vere intendentis finem ut volibilium bene procedunt, ad consequutionem finis sufficit si ponant conrequisita ad ipsa. Quod autem ponant in re ut volita ab intendente non requiritur, sed sufficit quod ponant sive ut volita, sive ut permissa ab intendente finem.

6 Fundamenta autem quibus suam tuentur sententiam, haec sunt: illud est obiectum quo formale motivum spei supernaturalis 2a. Sententia.

... q. 12 q. 68 art. 1 in corpore: spei enim addit supra desiderium quemdam conatum, et quamdam elevationem animi ad obtinendum bonum arduum. | [illegible]alis, [illegible] alterius actus aut habitus à quo formaliter [illegible] ratione formali, et specifica distinctio ipsius; sed motivum spei superna[turalis] [illegible] distinguitur formaliter à desiderio, et amore, et reliquis motibus [illegible] [illegible] per habitudinem ad obiectum arduum, et eminens: ergo arduitas, [et] eminentia obiecti beatifici est ratio formalis motiva, aut specificativa [spei] supernaturalis. Maior constat et minor probatur: nam [ideo] spes [distingui]tur à desiderio, quia illa respicit bonum possibile, futurum arduum, et difficiliter consequibile. Desiderium vero tantum [respicit] bonum futurum, [et] commodum, abstrahendo ab arduitate, aut difficultate ipsius; [ergo] non datur aliud distinctivum formale, quo formaliter distinguatur bonum sperabile ab obiecto desiderabili, nisi sola arduitas rei sperandae; [et] proinde beatitudo constituitur formaliter sperabilis mediante arduitate, [et] difficultate reperta in eius consequibilitate.

7 Confirmatur. Contra Ang. M. 22 q. 18 art. 2 ad 4: gloria enim corporis est [illegible] [illegible] arduum [illegible] [illegible] virtutes humanae [illegible] tamen [illegible] arduum [illegible] gloriae animae. | Confirmatur et explicatur [haec]: Nam [gloria] corporis non speratur à Beato spe supernaturali proprie sumpta, quia [iam] [habitu]s acquisita gloria essentiali animae non comparatur Beato ut bonum arduum, et difficile: ergo motivum formale supernaturalis spei [est ar]duitas, aut difficultas rei sperandae: consequentia patet quia actus [aut] virtutis aut habitus nequit [versari] circa materiam capacem absque [mo]tu sui formalis specificativi: ergo si gloria corporis, [quae] secundum se [est] obiectum terminativum spei supernaturalis, redditur incapax ad [ob]iectum actum spei theologicae, ob praecisum defectum, aut carentiam ar[dui]tatis, [signum] sequitur arduitatem esse formale motivum illius.

8 Contra [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sensibile virtus a spei obiecti [illegible] [illegible] [illegible] existens. | 2°. Confirmatur: Ita comparatur bonum [divinum] intelligibile ad spem supernaturalem inhaerentem voluntati, sicut passio spei residens in irascibili ad bonum sensibile; sed spes residens in irascibili [respicit] ut formale motivum, et specificativum arduitatem boni sensibilis, et non eius possibilitatem: ergo spes supernaturalis non specificatur à bonita[te], aut possibilitate boni beatifici, sed ab eius arduitate, aut difficul[tate]

tiæ. Probatur minor; nam obiectum formale spei residentis in irascibili debet esse aliqua differentia determinata obiecti irascibilis, cum ter ... non inclinetur potentia irascibilis extra latitudinem sui obiecti formalis: sicut nullus habitus residens in intellectu potest illum determinare extra latitudinem formalem sui obiecti specificativi, licet illum ... moret ad differentiam specialem cuiusmodi obiecti. Sed nullum bonum ... in ratione arduitatis; etenim irascibilis differt à concupiscibili per hoc, quod respicit bonum arduum, concupiscibilis bonum ... abstrahendo ab arduitate, ac proinde spes residens in irascibili respicit ut formale specificativum arduitatem boni, atque convenientiam aut possibilitatem ipsius.

Constat hoc maior ex Aristotele ... in corp: potentiæ, quæ in parte sensitiva sint duæ appetitivæ: una quæ inclinat animam simpliciter ad prosequendum ea, quæ sunt ... et ad refugiendum nociva; et hæc dicitur concupiscibilis: alia vero per quam ... resistit impugnantibus contra impugnantia et nocumenta infert, et hæc vis vocatur irascibilis, unde ... dicunt quod eius obiectum est arduum, quia scilicet tendit ad hoc quod superet contraria et superemineat eis.

9. 2ª Sententia affirmat, obiectum motivum spei ... Deum ut summe amabilem amore concupiscentiæ, seu bonitatem divinam ut nobis commodam ad nostram utilitatem, aut perfectionem. Unde Auctores huius sententiæ non distinguunt inter motivum formale desiderii et spei, nec spem supernaturalem ab amore concupiscentiæ, aut desiderii: ita ... Scotus in 3. dist. 26. ... ibidem. Suarez in præsenti disp. 2ª sect. 1ª. Granados, Vasquez, et alii recentiores Jesuitæ.

10. Dividuntur tamen hi Doctores inter se: ... beatitudo obiectiva quatenus apprehenditur ut bonum nostrum, seu ut commodum nostræ utilitati ... terminat desiderium supernaturale: cum voluntas nostra apprehensa convenientia beatitudinis supernaturalis illam sibi desiderat et concupiscit desiderio absoluto et supernaturali; sed eiusmodi desiderium est actus ... procedens à spe supernaturali: ergo motivum formale sperandi supernaturaliter est bonitas obiecti, ut nobis commoda ad nostram utilitatem. Probatur minor; ... desiderium supernaturale, ... voluntas desiderat obiectum beatificum, propter bonitatem ipsius ut commodam ad nostram utilitatem est actus virtutis theologalis, cum habeat honestatem desumptam à Deo, tamquam ab obiecto immediato: sed non datur alia virtus theologica à

1. Fundamentum

qua

tua procedat praeter spem; non enim elicitur a fide, ut per se patet; neque a charitate, cum nec terminetur ad bonitatem propter se ipsam, et non respiciat Deum ut bonum nostrum: ergo desiderium quo voluntas nostra efficerat, et concupiscit nobis bonum beatificum est formaliter motus spei supernaturalis, et consequenter spes formaliter specificatur a bono, ut amabili amore concupiscentiae.

11. 1°. Confirmatur: nam spes supernaturalis est habitus elevativus voluntatis intra sphaeram sui obiecti specificativi: ergo elevat illam ad aliquam differentiam contractivam boni in communi. Sed bonum communiter sumptum adequate dividitur in bonum amicabile, et concupiscibile: ergo si bonum divinum, ut amicabiliter diligendum propter se ipsum, non specificat formaliter spem supernaturalem, necesse est ut illam specificet sub ratione boni concupiscibilis, seu boni commodi nostri utilitati. Porro consequentia videtur certa; quia nulla potentia potest elevari ultra sphaeram sui obiecti adequati, seu specificativi; sed adequatum obiectum voluntatis est ratio boni in communi: ergo nequit voluntas elevari per spem, aut aliam virtutem ad aliquam rationem boni non contentam, aut contractam sub aliqua ratione, aut specie determinata boni; et ideo, cum ratio formalis specificativa spei non est bonitas ut commoda, et amanda amore amicitiae, necessarium est, ut sit eiusmodi bonitas, ut concupiscibilis amore concupiscentiae, cum bonum communiter sumptum adequate dividatur in bonum amicabile, et concupiscibile.

12. 2°. conf. Nam nullus actus potest elici a voluntate, qui non sit specialis amor, aut qui non constituatur aliqua differentia contractiva amoris in communi. Sed motus spei supernaturalis, est actus aut affectus specialis voluntatis erga beatitudinem obiectivam: ergo est quaedam species amoris supernaturalis, qua voluntas speciali modo amat beatitudinem, et eius consequutionem; sed non est amor amicitiae, ut per se patet: ergo est amor concupiscentiae: et consequenter specifica-

tur

tur à bono Divino sub illa ratione, qua eius modi bonum specificat amorem concupiscentiae, ac proinde obiectum formale actus spei supernaturalis est bonum Divinum, ut amabile amore concupiscentiae. Minor patet cum consequentia, et maior probatur breviter, 1.° ex D. Thoma loco superius allegato, ubi docet amorem transcendere quemcumque actum voluntatis, et id circo desiderium esse amorem anhelantem ad habendum obiectum amatum, et gaudium, aut delectationem esse amorem quiescentem. 2.° probatur eadem maior: nam quemadmodum intellectus inclinat ad intelligendum verum, ita voluntas determinatur ad amandum bonum sub ratione boni: sed nullus actus potest dici de intellectu, quin sit formaliter intellectio, atque non constituatur aliqua differentia contractiva intellectionis in communi: ergo nullus potest elici à voluntate, qui non sit actus amoris, amicitiae aut concupiscentiae.

13. 3.° confirmatur. Affectus spei supernaturalis consistit in motu, quo voluntas efficaciter movetur ad finem ultimum creaturae rationalis; sed motus, quo voluntas tendit in finem, formaliter specificatur à bonitate, qua finis constituitur appetibilis. Et id circo attractivus voluntatis, ergo formale motivum spei supernaturalis est bonitas beatitudinis obiectivae sub illa ratione, qua est [illegible] eius inclinationis, [illegible] sub illa ratione sub qua aliquis terminus specificat quietem, qua terminatur motus, specificat etiam motum per se ordinatum ad huius modi quietem, ut patet in motibus naturalibus aquae vel ignis et ceterorum elementorum [illegible] centrum vel locum naturalem [illegible] [illegible] ratione proportionis naturalis [illegible], aut satiat inclinationem aquae ea eadem proportione specificat [illegible] quando exivit extra centrum: ergo si beatitudo bonitate propriae bonitatis ut possessa specificat gaudium, et satiat appetitum, eadem etiam bonitate motum spei; et sicut bonum Divinum [illegible] ratione bonitatis ut commodum aut conveniens causat gaudium [illegible] beatificam, ita eadem bonitas ut futura specificat motum spei.

4.°

4ª confirmatur.

14\. 4º confirmatur; nam actus spei supernaturalis consistit in desiderio efficaci beatitudinis nobis promissae; sed iuxta communem sententiam theologorum, actus desiderii specificatur a bonitate rei desiderabilis ut convenientis utilitati desiderantis: ergo motivum formale spei supernaturalis est bonitas beatitudinis obiectivae, ut relata ad nostram utilitatem et convenientiam. Minor constat ex dictis, et maior probatur: nam licet spes supponat amorem, aut desiderium inefficax beatitudinis, non tamen ipsa est nisi desiderium efficax tendens executive, et efficaciter ad consequutionem beatitudinis; cum perfectio spei solummodo addat supra desiderium communiter sumptum, efficaciam, aut conatum in modo desiderandi: ergo actus spei formaliter consistit in desiderio efficaci beatitudinis; et ideo: si omne desiderium, quantumvis efficax specificatur a bonitate rei desiderabilis, et convenientia nostrae utilitati: idem debet dici de motivo spei.

15\. Videtur magis; nam desiderium efficax, non distinguitur a desiderio inefficaci, aut conditionato convenit cum spe, et destruitur per desperationem: ergo spei formaliter consistit in affectu desiderii efficacis, et distinctum a desiderio inefficaci, et consequenter si beatitudo constituitur efficaciter desiderabilis per suam bonitatem, ut nobis congruentem, etiam constituitur sperabilis eiusmodi bonitate ut relata ad nostram utilitatem. Probatur antecedens; nam desiderium efficax non solum exigit existimationem de bonitate obiecti desiderabilis, sed etiam petit ut huiusmodi obiectum apprehendatur, ut possibile, aut assequibile, cum ad impossibile apprehensum ut tale non tendat voluntas desiderio efficaci: ergo desiderium efficax formaliter convenit cum spe, et consequenter utrique debet assignari, et convenire idem obiectum motivum formale.

3ª sententia refertur.

16\. 3ª sententia docet motivum formale sperandi in theologica esse omnipotentiam divinam inclinatam ad auxiliandum nobis, qua constituitur beatitudo aeterna nobis possibilis, aut a nobis assequibilis, et id circo a nobis sperabilis spe supernaturali: Hanc tenentur

Promitto, quamuis in eorum scriptis non reperiatur exactè explicatum quid intelligatur per Omnipotentiam auxiliantem, an solum attenditur omnipotentia praecisè sumpta, an verò omnipotentia associata misericordiae, qua Deus inclinatur ad auxiliandum nostrae miseriae.

17. Ad huius praelectionis partem deveniendo, sequentibus Conclusionibus expediemus sententias, praeter ultimam, quam etiam impugnabo.

18. 1a. Conclusio: Motivum formale, cui innititur spes supernaturalis, aut obiectum formale spei specificativum non est arduitas obiecti sperabilis. Est contra Valentiam, & Durandum, quos supra pro 1a sententia, & probatur 1o: nam motivum formale spei debet esse ratio obiectiva distinctiva ipsius a reliquis habitibus, cum distinctio virtutis desumatur a motivo formali. Sed arduitas boni sperabilis non distinguit spem ab aliis virtutibus: ergo non est ratio formalis obiectiva, aut specificativa spei supernaturalis. Probatur minor ex D. Thom. in 3 d. 26 q. 2 art. 5 ad 4um ubi affirmat arduitatem esse conditionem communem ex parte obiecti determinativam spei, & magnanimitatis: Constat enim magnanimitatem tendere in bonum arduum sub ratione ardui, seu acquisibile potestate propria ipsius magnanimi; spem vero Theologicam respicere bonum arduum alterius ope adveniendum: ergo arduitas, seu difficultas est conditio communis obiecto spei, & magnanimitatis, & ideo nequit esse ratio distinctiva obiecti spei ab obiecto alterius virtutis. 1a Conclusio.

19. 2o Probatur conclusio: Nam motivum formale spe- 2. Probatio
ciei supernaturalis debet esse id quo ratione cuius se determinat attractiva voluntatis ad sperandum consecutionem Beatitudinis, & arduitas aut difficultas obiectiva Beatitudinis non est ratio determinativa inducens, aut attractiva voluntatis ad securè sperandam consecutionem Beatitudinis obiectivae: ergo nullatenus est motivum sperandi supernaturaliter. Maior constat discurrendo in motivis formalibus reliquarum virtutum.

Div. ... in 3 ... q. 1 art. 2 ad 3: inquantum spes est de arduo, non delectat, sed magis affligit, ... [illegible] ... a bono possibili adipisci, sic facit delectationem ... [illegible] ... ita quod apprehendit ut possibile adipisci, apprehendit utique quodammodo praesens, et ideo spes delectationem facit, et haec delectatio est incompatibilis, sed inimicabilis ... appetitui Dei ... [illegible]

Caeterum enim motivum formale fidei inquit, aut supernaturalis est veritas divini testimonii, quia haec ratione sua omnimodae infallibilitatis determinat, attrahit et invitat intellectum credentis ad certitudinaliter credendum, et assentiendum rebus credibilibus; et minor etiam patet; nam arduitas, aut arduitas boni consequibilis, proposita voluntati, potius est turbativa voluntatis; aut retardans ipsam a consecutione, quam attrahens, cum ipsius cum experientia constet plures desistere a prosecutione, aut expectatione aliquorum bonorum propter eorum arduitatem, aut difficultate, et ita ipsa arduitas boni praecise sumpta magis invitat, aut inducit animum ad desperationem, aut pusillanimitatem, quam ad sperandum.

20. Confirmatur; nam quemadmodum in obiecto sperabili spe theologica requiritur arduitas, aut difficultas, ita in re credibili fide supernaturali requiritur invisibilitas, aut obscuritas; sed obscuritas rei credibilis non est ratio formaliter motiva, aut specificativa fidei supernaturalis; sed infallibilitas divinae veritatis, qua superatur eiusmodi obscuritas: ergo motivum formale spei supernaturalis non est arduitas obiecti sperabilis, sed medium obiectivum ratione cuius superatur eiusmodi arduitas, seu quo bonum sperabile non obstante eius difficultate movet, et attrahit voluntatem ad sperandum consecutionem eius rei: Maior constat cum minori, et consequentia etiam patet; nam tenus obscuritas rei credibilis non est ratio motiva, aut specificativa fidei divinae, quia secundum se non est ratio determinans, aut attrahens intellectum ad certitudinaliter credendum, et assentiendum rei credibili, sed potius retardans, aut prohibens assensum; sed sicut intellectus retrahitur ab assensu veritatis ratione obscuritatis, ita voluntas retrahitur a conatu ad assequendum bonum ratione arduitatis, nisi proponatur sibi aliquod medium potens vincere eiusmodi arduitatem: ergo sicut obscuritas rei credibilis non est ratio formalis specificativa fidei, ita nec arduitas obiecti sperabilis est ratio specificativa spei supernaturalis.

2a. Conclusio. 21. Sit 2a. Conclusio: Ratio formalis specifi-

supernaturalis in quantum non est precise bonum Divinum ut amabile amore concupiscentiae, vel ut commodum nostrae utilitatis. est contra Authores 2.ae Sententiae et probatur 1.o ex Divo Thoma in 2.a 2.ae q. 17 art. 2. et 2.o ubi expresse assignat pro motivo formali Spei supernaturalis bonum Divinum quatenus habet rationem principii, aut causae auxiliantis nobis ad consequutionem Beatitudinis et ideirco in art. 6. in corpore asserit, quod sicut per Charitatem Voluntas inhaeret Deo secundum ipsum, ita per Spem innititur Divino auxilio ad Beatitudinem obtinendam: ergo iuxta mentem Divi Thomae sicut bonitas Divina secundum se est motivum formale Charitatis, ita bonum Divinum ut auxilians ad consequutionem Beatitudinis est motivum formale ad sperandum supernaturaliter; sed bonum Divinum sub conceptu principii auxiliantis non est formaliter bonum amabile amore Concupiscentiae: ergo Spes supernaturalis non innititur tamquam principio formali bonitati Divinae, ut praecise amabili amore Concupiscentiae.

22 Explicatur hoc; Nam in obiecto adaequato cuiusvis Virtutis secundum communem Consensum Theologorum, distinguitur obiectum quo motivum ab obiecto quod terminativo: quod aperte patet in obiecto Fidei Divinae, cuius obiectum materiale terminativum est res creata, et obiectum quo formale motivum est medium quo res creata constituitur credibilis intellectui, ut possit credi, seu ut constituatur digna ut credatur; sed obiectum quod terminativum Spei supernaturalis est bonum Divinum, ut amabile amore Concupiscentiae, seu ut commodum nobis, et etiam utilitatem: ergo huiusmodi motivum formale non est: huiusmodi bonum sub praecisa ratione boni Concupiscibilis; sed medium ratione cuius voluntas excitatur et roboratur ad expectandum huiusmodi bonum: Unde qui affirmant bonum Divinum ut concupiscibile amore concupiscentiae esse obiectum formale quo Spei supernaturalis, confundunt obiectum motivum cum obiecto terminativo, nec distinguunt inter rem speciabilem et rationem formalem qua speratur

refertur ad malum...; est dispositio imperfecti, quia qui sperat, nondum habet; vero sed est quia respicit obiectum formale, scilicet auxilium divinum, sic est dispositio perfecti, in hoc enim consistit perfectio hominis, ut Deo inhaereat: et similiter est de fide, quae habet imperfectionem ex eo quod non videt ea quae credit, habet autem perfectionem ex eo quod inhaeret ... veritati, et ex hoc est virtus.

Ang. Doct. q. unic. de spe art. 1 in corp. huius explicatis expressius tradit doctrinam: ... quod sit boni possibilis, per quod differt a desperac. et a aliquo possibile haberi ab aliquo est uno modo per propriam potestatem, alio modo per alterius auxilium. et post alia: Summum autem bonum quod est beatitudo aeterna homo adipisci non potest nisi per auxilium divinum ... Rom. 6: gratia Dei est vita aeterna: et ideo spes adipiscendi beatitudinem duo habet obiecta, scilicet vitam aeternam quam quis sperat, et auxilium divinum a quo sperat: sicut fides ... duo habet obiecta, scilicet rem quam credit et veritatem primam cui correspondet. ... assignatum a ... obiectum formale spei ... sit ...

randi.

2. probatur. 23. 2º probatur ratione fundata in doctrina Divi Thom; quia distinctis et diversis actibus assignari debent diversa et distincta motiva formaliter, cum distinctio actuum sumatur a distinctione obiecti formalis motivi ut per se constat; sed motivum formale quo desiderium constituitur terminativum desiderii, seu amoris concupiscentiae, qui est actus voluntatis formaliter distinctus a motu spei supernaturalis est bonitas Divina, ut conveniens voluntati amantis: ergo huiusmodi bonitas sub precisa ratione bonitatis concupiscibilis non est obiectum formale quo specificandi spem ut distinctam ab amore illo. Minor constat, cum desiderium sit amor concupiscentiae, seu quidam amor inclinans ad bonum futurum propter commodum amantis; et idcirco eius formale motivum est bonitas obiecti ut commoda voluntati, aut perfectioni amantis.

Replica contrariorum. 24. Nec obstat si respondeatur ab adversariis dicendo spem formaliter non distingui a desiderio absoluto efficaci ipsius voluntatis, et idcirco illam non requirere distinctum obiectum formale, seu motivum, et consequenter sicut Beatitudo obiectiva constituitur desiderabilis desiderio supernaturali, aut concupiscibilis amore concupiscentiae per suam bonitatem ut commodam voluntati amantis, ita constituitur sperabilis eadem bonitate, et consequenter sicut motivum formale desiderandi Beatitudinem est bonitas Divina amabilis amore concupiscentiae, ita motivum formale sperandi, seu spectandi eandem Beatitudinem est eadem bonitas, cum spes sit essentialiter quaedam species desiderii, seu amoris concupiscentiae.

Rejicitur 1º 25. Sed haec solutio non valet, 1º namque docet D. Thom. in 3. dist. 26. art. 3º quaest.la 2a et 8a. desiderium Beatitudinis non est formaliter spes sed est quidam affectus voluntatis praesumptive se habens ad spem, sicut cognitio ad amorem et desiderium: ergo falsum est motivum spei essentialiter esse indistinctum ab amore concupiscentiae, seu a desiderio, et consequenter sequitur spes ex parte obiecti

respicere idem motivum formale, ac desiderium, cum distinctis actibus debeant correspondere distincta obiecta formalia.

26 **2°** impugnatur; nam obiectum spei addit supra obiectum desiderii specialem difficultatem, ratione cuius petit specificare distinctum actum: ergo nullatenus debet confundi spes cum desiderio; et consequenter non actus respicientes distincta obiecta formaliter. Probatur antecedens ex D. Thoma 1a 2ae quaest. 40. art. 1. in corpore ibi asserit affirmat actum spei addere supra actum desiderii arduitatem, seu difficultatem, et ideo circa spem non esse formaliter desiderium, aut simplicem tendentiam appetitus ad bonum sibi conveniens, sed quemdam conatum animi ad consequendum bonum difficile, aut arduum; et consequentia patet, quia licet motivum formale appetendi, aut desiderandi aliquod obiectum sit eius bonitas apprehensa ut conveniens appetenti, motivum tamen formale conandi, aut elevandi animam ad vincendam difficultatem retardantem a consequutione boni difficilis non est eius bonitas praecise aut convenientia, sed possibilitas, aut consequibilitas ipsius; sed bonum arduum non constituitur a nobis consequibile praecise ratione suae bonitatis, aut convenientiae; sed potestate illius, qui potest nobis huiusmodi bonum communicare: ergo falsum est motivum formale sperandi esse indistinctum formaliter a motivo desiderii. — 2° reiicitur.

27. **3°** impugnatur; nam spei supernaturalis contingit sequendi Beatitudinem, quoad actum, et habitum destruitur per desperationem eius Beatitudinis, sicut fides per infidelitatem; sed desiderium Beatitudinis non destruitur per desperationem: ergo spes distinguitur a desiderio. Probatur minor ex D. Thom. 1. 2. q. 40. art. 4. ad 3. ibi aperte docet desperationem esse recessum voluntatis a re desiderata per aestimatam impossibilitatem ipsius: unde desperatio de consequutione boni non destruit desiderium; nec de eo, quod cadit sub nostro desiderio possumus habere spem, aut desperationem, ut ibidem asserit D. Thomas: ergo desiderium

3° reiicitur. Creatur: virtus spei per omissionem [illegible] D. Th. 2. 2. q. 20 art 2: 1° nec amissa [illegible] [illegible] D. Thom: [illegible] fides fundatur in [illegible] voluntatis, [illegible] indisputatis

q. 14 de verit. art 2 ad 10: inchoatio fidei est in affectione, deinquantum voluntas determinat intellectum ad assentiendum his, quae sunt fidei: sed illa voluntas non est actus charitatis, nec spei, sed quidam appetitus boni repromissi; 1° item amor [illegible] [illegible] [illegible], quod manet in [illegible].

derium quo absolutè desideramus Beatitudinem obiectivam distinguitur formaliter ab spe, qua secure expectamus consequutionem eius, et consequenter spes, et desiderium respiciunt motiva formaliter formaliter distincta.

Obiicies. 28 Non satisfacit si respondeas cum contrariis, dicendo, quod etsi per desperationem non destruatur desiderium conditionatum Beatitudinis; tamen adveniente desperatione consequutionis alicuius boni absolutè destruitur desiderium absolutum, et efficax ipsius, et consequenter non distinguitur formaliter motivum spei ab obiecto desiderij efficacis, et absoluti.

Reiicitur 1º 29 Non inquam, satisfacit haec solutio; nam experientia constat plures absolutè, et non solum conditionatè desiderare ... unico constituto in ... consequutionem desperant propter apprehensionem impotentiae ad evadendum eiusmodi ...: ergo non solum est incompossibilis desperatio cum desiderio ... nato boni consequibilis, verum etiam cum desiderio absoluto; et consequenter desiderium absolutum boni possibilis distinguitur ab spe, quae ... expectat eius consequutionem.

Reiicitur 2º 30. 2º Reiicitur eadem ...; nam ... nem desiderii absoluti, ut distincti à desiderio imperfecto, et conditionato, sufficit iudicium absolutum de absoluta possibilitate, aut convenientia boni; sed perseverante desperatione ad consequutionem boni ardui, et difficilis datur de facto iudicium de absoluta possibilitate ipsius: ergo ... destruitur desiderium absolutum Beatitudinis per desperationem, qua voluntas recedit ab eius consequutione. Maior constat; nam desiderium absolutum terminatur ad bonum propositum, ut conveniens, et possibile possibilitate absoluta in quo distinguitur à desiderio inefficaci, aut conditionato, quod nullatenus exigit ex parte obiecti possibilitatem absolutam cum etiam omnino impossibilia conditionatè desiderentur, ut experientia patet. Minor probatur; nam in illo,

qui [illegible] desperat de Consequutione Beatitudinis perseverat iudicium fidei, quo iudicatur Beatitudinem esse absolute possibilem omnibus Viatoribus; alioquin fides, cum iudicatur Beatitudinem esse absolute possibilem, et Deum esse omnipotentem ad salvandum quamcumque Creaturam Viatoriam, destrueretur per desperationem; quod directe adversatur doctrine D. Thome 2.2. q. 20 art. 2. qui aperte docet fidem posse compati cum desperatione: ergo iudicium de absoluta possibilitate Beatitudinis compatibile est cum desperatione de eius Consequutione.

Anima Mariae: et similiter aliquis retinens in voluntate veram estimationem fidei, quae a remissione peccatorum in ecclesia post [illegible] participationi desperat, quod sibi in [illegible] existenti sit peccatum de venia, corrupta, [illegible] eius particulare.

Minime sufficiunt.

31\. Vitio [illegible] solutio; Nam spei supernaturali non solum opponitur desperatio de Consequutione Beatitudinis, verum etiam presumptio, cum desperatio opponatur spei secundum defectum; presumptio vero secundum excessum, quo quis inordinate sperat Beatitudinem ex viribus [illegible] Divine sine bonis operibus: sed presumptio non opponitur desiderio absoluto Beatitudinis, cum sit certum hominem posse ordinate, aut inordinate expectare beatitudinem absque eius desiderio. Sicut enim voluntas nequit desiderare, quod non amat simplici amore; ita nequit presumere de consequutione obiecti, quod sibi absolute non desiderat. volito

32\. Confirmatur; Nam actus, aut habitus, quibus opponuntur vitia contraria formaliter diversa, formaliter distinguuntur, et idcirco respiciunt motiva formaliter diversa; sed amori concupiscentie, quo absolute desideratur Beatitudo obiectiva, et spei, qua secure expectatur eius Consequutio, opponuntur vitia contraria formaliter diversa: ergo huiusmodi actus sunt formaliter diversi, et consequenter specificantur a motivis formaliter dissimilis. Minor patet: nam amori concupiscentie, quo quis desiderat sibi [illegible] Beatitudinem, opponitur formaliter odium aut [illegible] abominatio huiusmodi Beatitudinis; cum contrarium cuilibet speciei amoris, si sit amor simpliciter sumptus, sit odium: spei autem non opponitur directe odium, sed desperatio consistens in recessu a consequutione propter estimatam eius impossibilitatem, sed odium

et

& desperatio sunt vitia formaliter diversa: ergo spes, & adversarium sunt vitiis, quibus directe contrariantur opposita, formaliter distincta.

3. Conclusio pro vera sententia. Verba divi Thomae sunt: Quia virtus aliqua dicitur theologica ex eo quod habet Deum pro objecto, cui inhaeret: potest autem aliquis alicui inhaerere dupliciter. Uno modo propter seipsum, alio modo in quantum ex eo ad aliud devenitur; charitas ergo facit inhaerere hominem Deo propter seipsum, mentem hominis univiens Deo per affectum amoris. Spes autem et fides faciunt hominem inhaerere Deo, sicut cuidam principio, ex quo nobis aliqua proveniunt. De Deo autem provenit nobis et cognitio veritatis, et adeptio perfectae bonitatis. Fides ergo facit nos inhaerere Deo, in quantum nobis principium est cognoscendi veritatem. Spes autem facit Deo adhaerere in quantum est nobis principium perfectae bonitatis, in quantum scilicet per spem divino auxilio innitimur ad beatitudinem aeternam.

33\. 3a. Conclusio: Ratio formalis, cui innititur securitas spei supernaturalis, & a qua formaliter specificatur spes theologica est Omnipotentia Divina sub ratione auxiliantis; seu Omnipotentia, ut preparata ad auxiliandum nobis ad consequendam beatitudinem, non obstante eius magnitudine & difficultate. Haec conclusio est communis inter Thomistas, expressa D. Thomae in 2.2. q. 17. a. 6. in corpore, ubi docet, spem esse virtutem theologicam, & distinctam a caeteris virtutibus, quia adhaeret Deo, & innititur auxilio eius ad beatitudinem obtinendam; sicut charitas adhaeret bonitati divinae propter se ipsam; & fides veritati divinae: ergo iuxta mentem divi Thomae eodem modo, quo bonitas divina secundum se concurrit ad specificandam charitatem, & veritas divini testimonii ad fidem; ita concurrit Deus sub ratione principii auxiliantis ad specificationem spei: sed... ratione summae bonitatis propter se diligibilis esse obiectum ... formale, & ratione summae veritatis esse obiectum speci... aut eius formale motivum: ergo ratione summae potentiae auxiliantis erit specificativum spei, aut eius formale motivum.

Quae sit in maele obs...

34\. Idem docet Expressius in disputatis, q. ... de Spe, art. 1. in corpore his verbis: Sicut obiectum formale fidei est veritas prima per quam sicut per quoddam medium assentitur his quae creduntur; ita formale obiectum spei est auxilium divinae potestatis, & pietatis, propter quod tendit motus spei in bona sperata, quae sunt obiecta materialia ipsius: ergo iuxta divum Thomam; sicut motivum formale credendi omnibus veritatibus revelatis a Deo est summa infallibilitas divinae veritatis, ita motivum formale sperandi beatitudinem supernaturalem, & caetera bona supernaturalia est summa efficacia divini auxilii, quo beatitudo consequitur a nobis ...

con[illegible] [illegible] [illegible], et [illegible]dulitate.

35. 2°. probatur conclusio ratione; nam illud est motivum sperandi supernaturaliter, [illegible] innititur securitas spectandi a Deo consecutionem Beatitudinis obiectivae: sed ratio formalis, cui innititur securitas spectandi a Deo Beatitudinem est omnipotentia Dei praeparata [illegible] [illegible]ter, et misericorditer auxiliandum nobis ad Beatitudinis consecutionem: ergo ratio formalis motiva, aut [illegible] spei theologicae est omnipotentia divina praeparata, aut inclinata ad auxiliandum nobis: Maior constat; nam spes theologica secundum se est habitus secundum se determinans voluntatem ad secure spectandum Beatitudinem obiectivam quae est primarium obiectum quo terminativum ipsius, et ideo eius [illegible] formale erit medium, cui formaliter innititur securitas [illegible] [illegible]: sicut motivum formale fidei divinae est medium obiec[illegible] [illegible] innititur certitudo ipsius. Et minor probatur, nam certe movemur ad securam spectationem Beatitudinis desiderata, quatenus apprehendimus Deum esse omnipotentem ad superandas difficultates [illegible] de sui executione et [illegible] [illegible] aut propitium nobis, aut inclinatum ad iuvandam nostram infirmitatem, quae indiget Dei gratuito auxilio in contrarium [illegible] arduum, et [illegible]: bonum cuiusmodi est consecutio summi [illegible]: ergo medium formale, cui innititur securitas sperandi, seu expectandi [illegible] [illegible] est omnipotentia [illegible] [illegible] inclinata ad auxiliandum nobis in ordine ad consequendam huiusmodi Beatitudinem, et [illegible] eiusmodi [illegible] formale quo spei supernaturalis est omnipotentia divina [illegible] ratione principii auxiliantis.

36. 1°. Confirmatur: Nam veracitas summa Dei [illegible] testimonii est formale motivum, cui innititur [illegible] fidei divinae [illegible] per [illegible] [illegible] veritatem consequitur [illegible] [illegible] veritatis [illegible] testificando; et ideo Dei testificata, et revelata est digna ut creatura [illegible] certo, et infallibili[ter] [illegible] per omnipotentiam divinam firmissime [illegible] [illegible], [illegible] omnes debent. [illegible] firmissimum animi nostri [illegible] [illegible] [illegible], quae in [illegible] hoc [illegible] [illegible] stabilit, et confirmat. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] expecta[illegible] [illegible] beatitudinis: ergo [illegible] [illegible] [illegible] beatitudinis.

2. probatur. Apost. ad Heb. 6. fortissimum solatium habemus qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam tanquam anchoram habemus animae tutam et firmam, [illegible] [illegible] spes credentis [illegible] exercet [illegible]. [illegible] [illegible] ne a [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], atque [illegible] [illegible] ne [illegible] [illegible]. [illegible] Timoth. 1: scio cui credidi, et certus sum, quia potens est depositum meum servare. et [illegible] [illegible] [illegible]: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

1. Confirmatio. Certitudinis absoluta certitudine [illegible] [illegible] tamen in Dei auxilio

inclinatam ad auxiliandum nobis. Constituitur Beatitudo ā nobis [illegible] assequibilis: ergo per huiusmodi Omnipotentiam constituitur sperabilis [illegible] Theologica; & consequenter obiectum formale motivum spei Theologicae est Omnipotentia Divina, quatenus est principium praeparatum, aut inclinatum auxiliandum nobis ad consecutionem Beatitudinis. Minor constat; nam Beatitudo supernaturalis non est a nobis acquisibilis propria & connaturali potestate: praesumptuosum esset expectare Beatitudinem conari ad consecutionem boni meriti nostro potestate. Et ita circo [illegible] modo potest probari, ut practice assequibilis potestate & proprietate Dei; & consequentia probatur; nam quemadmodum veritas secundum se non apparens intellectui, cuiusmodi est veritas fidei, redditur a nobis credibilis solo testimonio Dei, qui nec falli potest nec fallere; ita [bonum] arduum, & infinitum non subiectum nostrae potestati, cuiusmodi [est] Beatitudo obiectiva, solummodo constituitur a nobis assequibilis potestate illius, qui potest, & vult illud nobis communicare: ergo quemadmodum motivum formale credendi veritatibus revelatis supernaturalibus [a] nobis non visis est summa veracitas; ita similiter motivum formale [spe]randi Beatitudinem supernaturalem non subiectam nostrae potestati [est] summa efficacia Divinae Omnipotentiae inclinatae ad auxiliandum nobis ad eius consecutionem.

37. **2°.** Confirmatur; illud est obiectum formale motivum spei supernaturalis, in quo ultimo resolvitur securitas spei prout distincta ab aliis affectibus voluntatis; sed illud, in quod resolvitur securitas spei est Omnipotentia sub ratione auxiliantis, aut potentia inclinata, aut praeparata sua misericordia ad auxiliandum nobis in consecutionem suae Beatitudinis: ergo formale motivum spei Theologicae est Omnipotentia Divina sub ratione auxiliantis. Maior constat [dis]currendo per ceteras virtutes, quibus assignatur motivum formale, in quo resolvitur perfectio alicuius virtutis: ideo enim motivum [illegible] est veracitas Divina, & non aliud attributum; quia certi

Margin: 2 [illegible] ex his [illegible] in Deo sperant, non confundentur in aeternum. ex illo — in Deo sperans non infirmabitur. ex illo, qui confidunt in Deo sicut mons Syon. Ad Tim 6: divitibus huius saeculi praecipe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo qui praestat nobis abunde omnia ad fruendum.

[illegible] reducitur in [illegible] Dei, & minori patet; nam si quis inter[illegible] peteret a me securè sperare Beatitudinem, non obstante eius gravitate & difficultate, deberet respondere, quia iudicat esse inarduibilem à se, & ipsi praeparatam mediante Divina omnipotentia inclinata ad ipsi auxilia[illegible], nec debet [illegible] aliquis [illegible] securè expectare [illegible]tudinem, quia [illegible] esse [illegible] & convenienti ad eius [illegible]; aliquin quilibet prudenter speraret quodcumque bonum sibi propositum, ut utile & conveniens: quo [illegible] excogitari potest: quamvis enim quilibet simplex Sacerdos iudicet [illegible] [illegible] Cardinalitiam esse sibi commodam, aut utilem, & [illegible] [illegible] concupiscat sibi, non tamen ad [illegible] [illegible] potest huiusmo[illegible] [illegible] sperare, non alia ratione, nisi quia non apprehendit potestatem Summi Pontificis inclinatam ad [illegible] [illegible] talem Dignitatem: [illegible] [illegible] spei supernaturalis ultimo non [illegible] in convenientiam rei [illegible] [illegible] in potentiam [illegible], cuius auxilio [illegible] huiusmodi rei [illegible] [illegible]; & consequenter [illegible] spei Theologicae ultimo resolvi[illegible] in [illegible]potentiam Divinam inclinatam ad auxiliatam ad auxilian[illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible].

38. Ultima Conclusio: Obiectum quo formale spei Theo[illegible] ultim[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Omnipotentia Divina sub ratione auxiliantis, a[illegible]quatè [illegible] [illegible] [illegible] attributo [illegible], nimirum ex omnipotentia & misericordia: Unde nec omnipotentia sine misericordia, nec [illegible] [illegible] omnipotentia potest esse adaequatum motivum sperandi spe supernaturali. Haec conclusio licet expresse non reperiatur in scriptis nostrorum Thomistarum, videtur tamen consona illorum doctrinae: nam communiter ad omni[illegible] [illegible] motivum formale spei supernaturalis esse Divinam omnipo[illegible] sub ratione auxiliantis, seu Divinam omnipotentiam inclinatam [illegible] [illegible] ad auxiliandum nobis; sed Divina omnipotentia ut in[illegible] [illegible] ad auxiliandum nobis non est omnipotentia praecisive sumpta, [illegible] omnipotentia ut associata Divina misericordia qua Deus inclina[illegible] [illegible] sublevandam nostram [illegible], [illegible]potentiam cum Deus ratione

[illegible]

praecisè Omnipotentiae sit inclinatum ad auxiliandum, hoc est ad praemiandum, et puniendum; ita probare reliqui Thomistae videntur, qui in nostra conclusione, quamvis illam in terminis expresse non assignant.

39 Probatur 2°. nostra conclusio authoritate Divi Thomae in disputatis, q. unica de spe art. 1°. in corpore ubi ait; motivum formale spei est auxilium Divinae potestatis et pietatis, propter quod motus spei tendit in bona sperata: Ex quibus verbis patet, in motivo formali spei, non solum includere potestatem absolutam Dei, sed eius pietatem, aut misericordiam, qua paratus est Deus nostram miseriam sublevare, et adiuvare imbecillitatem ad consequendam Beatitudinem etc.

2° probatio. Genesis 15 Dominus Sanctissimus Patriarchae Abraham ait: ego sum merces tua magna nimis, et protector tuus. Deus est motivum spei ratione suae omnipotentiae et misericordiae: protector: quia Deus valet omnia; protectus ratione suae misericordiae: siquidem protector non quivis, sed quilibet volens adiuvare et defendere.

40. 2° Probatur ratione; illud enim est formale motivum sperandi supernaturaliter, cuius apprehensione voluntas per spem inclinatur ad secure sperandum consecutionem Beatitudinis: ergo motivum formale spei supernaturalis adaequatum non est sola omnipotentia Divina, sed adaequate coalescit ex misericordia, et omnipotentia. Probatur consequentia; nam sperans Beatitudinem, illam secure non expectaret, nisi iudicaret, Deum esse non solum omnipotentem ad posse sibi absolute largire tam arduum bonum, verum etiam sibi propitium, et erga se inclinatum ad misericorditer adiuvandum eius impotentiam, imprudenter enim procederet, qui secure expectaret ab aliquo bona ex sola consideratione potentiae, nisi potentiae illius simul iudicaret eiusmodi potestatem esse sibi propitiam, et erga se inclinatam per pietatem, aut misericordiam: ergo motivum formale sperandi a Deo Beatitudinem supernaturalem non est sola omnipotentia qua Deus absolute potest perducere nos ad Beatitudinem, sed etiam misericordia, qua eius potentia absolute inclinatur ad nobis auxiliandum.

41. Confirmatur 1°. ut aliquis secure expectet a Deo consecutionem Beatitudinis, necessarium est ut iudicet, Deum esse omnipotentem ad superandas difficultates vetantes ab eius

et insuper voluntate inclinatum ad communicandum nobis de facto me-
dia, aut auxilia perductiva ad Beatitudinem; sed Deus sua omnipo-
tentia est potens ad superandas efficaciter omnes difficultates impedien-
tes consecutionem Beatitudinis, et misericordia est inclinatus, aut prae-
paratus ad nobis auxiliandum, cum sola omnipotentia constituat Deum
absolute potentem respectu cuiuscumque effectus scibilis, sed esse proxi-
me [illegible]atum aut determinatum ad consecutionem Beatitudinis: ergo
motivum formale, cui innititur securitas spei supernaturalis non est sola
omnipotentia Divina, sed cohaerens et omnipotentia, et misericordia.

42. 2° Confirmatur: Nam iuxta communem sententi-
am Theologorum, ille cui fieret facta revelatio suae damnationis, non po-
test, nec tenetur sperare Beatitudinem; nec defectus potentiae ad sperandum
in hoc casu non procederet ex defectu iudicii, quo iudicaretur Deum esse abso-
lute potentem ad conferendam Beatitudinem; sed ex defectu iudicii, quo
reprobus, supposita tali revelatione, nequiret iudicare Deum de facto esse in-
clinatum per suam misericordiam ad salvandum illum; seu ex cognitione, qua
cognosceret misericordiam Divinam esse sibi negatam, et [illegible]iam Divinam
sibi praeparatam: ergo motivum formale cui innititur spei supernaturalis se-
curitas non est sola omnipotentia Divina, sed omnipotentia ut determina-
ta per misericordiam. Maior constat, et minor etiam; nam in illo cui
fieret revelatio de sua damnatione, non obstaret iudicium formale fidei, quo
a quocumque fideli iudicatur Deum esse absolute potentem ad salvandos
omnes homines; sed summodo deficeretur iudicium particulare de actuali
in praeparatione [illegible] erga illum, cum in hoc casu reprobus iudicaret
Deum erga se non exercere effectus misericordiae, sed rigorem iustitiae Di-
vinae, qua Deus vult punire peccatorem propter culpam. Et consequen-
tia patet; nam perseverante motivo adaequato [illegible] virtutis, perseverat po-
tentia ad [illegible] eiusmodi virtutis, ut per se patet: ergo si in illo cui
[illegible] sua damnatione deficeret esse potentia ad sperandum e[x]
[illegible] iudicii [illegible] iudicaret Deum de facto esse erga se inclinatum per

mise-

misericordiam, et non ex defectu apprehensiuo Diuinæ Omnipotentiæ necessarium asserere solam Omnipotentiam non esse adæquatum motiuum sperandi supernaturaliter alioquin sola consideratio Omnipotentiæ moueret reprobum ad sperandum Beatitudinem.

43. Videtur magis, quam motiuum adæquatum spei supernaturalis debet esse ratio obiectiua determinata, mouens secundum se ad voluntatem ad sperandum et non indifferens ad spei [illegible] motum [illegible] et alios affectus voluntatis; sed Omnipotentia Diuina secundum se præcise separata à misericordia Diuina, non mouet nec allicit determinate voluntatem ad sperandum; sed indifferenter potest mouere ad sperandum, et timendum: ergo necessarium est, vt cum Omnipotentia apprehendatur misericordia ad specificandum spem, vt distinctam à reliquis affectibus voluntatis. Minor patet nam Omnipotentia secundum se præciso [illegible] misericordiæ principium indifferens potens ad præmiandos bonos et puniendos malos, cum ratione Omnipotentiæ præcisè sumpta non magis conueniat Deo potestas ad beatificandum, quam ad puniendum; sed Omnipotentia Diuina [illegible] [illegible] [illegible] nequit mouere, aut allicere voluntatem ad sperandam à Deo consecutionem Beatitudinis; sed potius sub tali consideratione mouet, et determinat ad timorem: ergo Omnipotentia secundum se præcisa consideratione misericordiæ, non mouet determinate, aut allicit voluntatem ad sperandum: atque propter sicut motiuum timendi pœnam æternam est Omnipotentia determinata ad infligendam illam per iustitiam punitiuam; ita motiuum formale sperandi à Deo vitam æternam, est Omnipotentia vt inclinata ad auxiliandum ratione misericordiæ, ac proinde secundum se Omnipotentia non magis inuitat ad spem, quam ad timorem.

3ª Pars Prælectionis.

44. Ad 3am huius prælectionis partem deueniendo argumentis primæ sententiæ satis [illegible] et obiectionibus factis, et vere optime

si tempus permisserit fiet satis.

45. Ad 1. primæ sententiæ respondetur concedendo maiorem et distinguendo minorem: sed spes non separatur distinctione à desiderio, et praecisione motiva afficitur per habitudinem ad obiectum arduum, [illegible] arduitas seu conditio, aut proprietas [illegible] ex parte obiecti materialis, aut terminatiui, concedo minorem: ita ut sit ratio formalis motiua aut formaliter, et in recto specifica illius, nego minorem et consequentiam; nam aliud est conditio, aut proprietas obiecti specificabilis: aliud vero motiuum formale, seu ratio obiectiua specificans motum spei. Vt [illegible] spei terminatæ nam arduitas, aut difficultas rei sperandæ est quaedam conditio materialis, necessario requisita ex parte rei sperabilis, seu connotata à motiuo formali spei, vt possit affectum terminare spei, et id [illegible] manifestabitur distinctione [illegible] spei distinguitur [illegible] affectum [illegible], non vero ratio motiua, aut formalis [illegible] aut in recto specificatiua illius; sicut [illegible] non esse verum est conditio materialis obiecti fidei et alio modo distinctiua [illegible] ab obiecto terminatiuo [illegible], cum ex hoc [illegible] sequatur idem formaliter specificari ab obscuritate, aut [illegible] credibilis ea [illegible] Diuini testimonii; licet huiusmodi veritas vt actualiter determinet assensum [illegible], necessario connotet veritates non visas aut non apparentes, eodem [illegible] ratio [illegible] est ex obiecto spei [illegible] esse conditionem obiecti materialis, necessario connotatam à motiuo formali spei, [illegible] consistit in [illegible] diuina omnipotentia, qua [illegible] et superari potest eius [illegible] arduitas, seu difficultas, seu [illegible] constituitur bonum diuinum consequibile non obstante eius arduitate: sicut veritas à Deo [illegible] constituitur credibilis assensu fidei, non obstante eius arduitate.

Vnde sicut [illegible] veritas se tenet ex parte obiecti [illegible] à visione distinguitur; [illegible] securitas à [illegible] distinguitur [illegible] ex parte obiecti spes à desiderio distinguitur: [illegible]

46. 2°. potest [illegible] negari absolute spem distingui realiter ab omnibus aliis motibus affectiuis [illegible] exigentiam boni ardui, aut difficilis. Cum [illegible] in [illegible] nostra con=

dur=

dusione, spes distinguatur à magnanimitate, & tamen magnanimitas inclinat ad bonum arduum, tum hac sola differentia, quod magnanimitas conatur ad consecutionem boni ardui, credens simpliciter potestatem propriam ipsius, qui magnanimiter operatur; spes vero solum inclinat ad bonum arduum, aut excedens potestatem propriam sperantis, & solummodo communicabile potestate aliena, cuius modi est bonum divinum, ad quod sola divina potestate potest pertingere creatura rationalis.

Ad 3am confirmationem. 47. Ad tertiam confirmationem respondetur, quod species non solum distinguuntur ex precisa ratione, & distinctione motivi formalis, verum etiam ex distinctione alicuius rationis essentialiter connotatae à specificativo formali ex parte materiali, aut [illegible]. Ut patet in fide divina quae distinguitur & differt in Beatis, non ex distinctione obiectivae veritatis, fides specificatur formaliter, sed ex distinctione veritatis obiectivae essentialiter connotatur à divina veritate, ut possit alicuius specificare assensum fidei, ut distinctio ab assensu scientifico, quia veritas divina precisive simplex non specificat fidem, sed quatenus testificando seu revelando concurrit ad veritates obscuras seu non apparentes; eodem prorsus modo est discurrendum de motivo formali sperandi supernaturaliter, quod licet consistat in omnipotentia divina preparata ad auxiliandum nobis, non tamen specificat spem in precisione ab obiecto materiali, sed quatenus est potestas adiuvans ad consecutionem obiecti ardui, & eminentis respectu sperantis, seu quatenus est potestas superativa [illegible] difficultatum à consecutione cuiusmodi boni; unde, sublata arduitate, aut difficultate possibilitatis boni supernaturalis, & acquisita, aliquo modo possessione ipsius, ut contingit in gloria respectu beatorum, nequit cuiusmodi bonum [illegible] tum spei propria [illegible] tivum formale, licet non sit arduitas, aut difficultas rei [illegible], et tamen conditio, aut proprietas obiecti [illegible], essentialiter conno-

a motivo formali et futuritio, aut non possessio ex parte omni deve- [illegible] Cum res possessa [illegible] terminet desiderium, sed gaudium aut delectationem.

48. Ad 2. Confirmationem respondetur concedendo maiorem et negando minorem; ad cuius probationem respondetur distinguendo minorem; sicut nullum bonum specificat irascibilem nisi ratione arduitatis, ita et arduitas sit modus aut conditio obiecti terminativi appetitus irascibilis, concedo minorem; [illegible] ut sit ratio formalis specificativa motus irascibilis, nego minorem, et consequentiam: quia etsi irascibilis quatenus differt a concupiscibili tendat ad bonum arduum et difficile: ratio enim formalis, qua movetur, et inclinatur huiusmodi appetitus ad consecutionem huiusmodi boni non est arduitas aut difficultas, sed potestas, qua vinci et superari potest huiusmodi arduitas, et [illegible] secundum se, quatenus distinguitur a concupiscibili, sit quaedam vis aut potentia [illegible] aut exigens ipsam ad superandas difficultates occurrentes in consecutione boni, et id ideo non respicit ut motivum formale [illegible] ut [illegible] superabilem huiusmodi motivo, cum nullus intellectus aut potentia respiciat ut motivum formale superandi, id quod [illegible], sed [illegible] vel superare nititur ex parte materiae circa quam versatur, sed [illegible] ratione cuius potest huiusmodi difficultatem superare. [illegible] patet in habitu scientifico, qui ordinatur ad vincendas difficultates reperitas in probatione conclusionis, cuius tamen obiectum formale quod seu formale quo [illegible] non sunt conclusiones ut difficiles, sed media probativum, quo superatur, et evanescit difficultas: unde cum argumenta [illegible] quibus utitur contrarii ad persuadendum [illegible] formale spei esse arduitatem boni sperabilis tantummodo probant illam esse conditionem obiecti terminativi, non vero quatenus concludant eam esse rationem formalem motivam, cui innititur securitas spei.

49. Ad 3. [illegible] respondetur concedendo maiorem, et negando minorem, ad cuius probationem respondetur [illegible]

ac-

[illegible] 8.
[illegible]

[illegible] q. 81
art 2: quod obiectum
irascibilis est arduum,
quia tendit ad hoc ut
superet contraria
et superemineat
eis: et q. 82 art 5
etiam in corpore: quod irascibilis respicit rationem
boni [illegible] quod
est repulsivum et impugnativum eius, quod
infert nocumentum
[illegible] motus [illegible]
[illegible] arduitas
sine difficultate
superanda, [illegible]
[illegible] repulsivum
et superativum difficultatis arduitatis,
[illegible] sit ab
[illegible] denotata
conditio.

[illegible] argumentum
[illegible] sententiae.

Vide D. in 3. dist. 26 q. 2 art. 3 q. 2 in fine corp. Unde patet quod actus Fidei praecedit desiderium, quia omnis actus et affectus praesupponit actum cognitionis, desiderium praecedit ipsam spem, et amorem, etiam de Deo sicut fides potest esse informis, quia actus eius praecedit actum amoris, ita et spes. 2o. desiderium ut potest praecedere potest esse actus [illegible] ipsa. Vide [illegible] q. 27 art. 3 [illegible] 2o modo [illegible] ex aliquo [illegible] ad hoc quod in [illegible] dilectione proficiant [illegible] praemia sperata.

actum desiderii supernaturalis; [illegible] Voluntas desiderat Beatitudinem esse actum [illegible] procedentem ab spe, aut alia [illegible] Theologica, [illegible] quemdam actum dispositivum, seu introducentem ad Virtutes Theologicas [illegible], vel ab auxilio supernaturali, vel [illegible] habitu [illegible] quo Voluntas disponitur ad perfecte adhaerendum Deo per Virtutem Theologicam. [illegible] Nam ut docet D. Thomas in presenti q. 17 art. 3 [illegible]: Sicut expectatio praemii a Deo obtinendi impellit Voluntatem jam [illegible] ad amandum Deum propter se ipsum per charitatem, ita pariter amor imperfectus Concupiscentiae, seu desiderium [illegible] Beatitudinis obtinendae, ut disponit Voluntatem, [illegible] auxilio Divinae potestatis per Spem, qua non [illegible] formaliter Beatitudo propter praecisam Convenientiam [illegible], sed [illegible], aut [illegible] Voluntas, ut secure expectet desideratae Beatitudinis consecutionem: [illegible] quamvis Ratio formalis specificativa desiderii Convenientia Obiecti Beatifici attractiva Voluntatis ad amorem Concupiscentiae, [illegible] tamen specificativa spei non est huiusmodi Convenientia, sed [illegible] Divini auxilii, quia [illegible] Beatitudo [illegible] a nobis, et id ideo sperabilis spe Theologica.

Ad Confirmationem.

50. Ad Confirmationem respondetur concedendo [illegible], et ad minorem subsumptam respondetur, quod licet bonum [illegible] sumptum [illegible] praecisa ratione amabilis adaequate dividatur in concupiscibile, et bonum amicabile, seu terminativum amoris amicitiae; [illegible] dicendum: verum bonum commune [illegible] universali [illegible], qua [illegible] affectu Voluntatis non solum dividitur in speciales differentias [illegible], sed etiam in aliam specialem [illegible] assequibilis potestate, et auxilio [illegible], sub qua ratione bonum specificat motum spei, et id ideo spes determinat motum Voluntatis ad aliquam rationem motivam extraneam perfectionis boni in communi; ac proinde licet bonum contineatur amabile ratione appetibilitatis, contractivum Voluntatis ad amorem [illegible] vel Concupiscentiae, [illegible] continetur sperabile potestate illius, qua superans [illegible]

Arg. D. in disputatione q. 25 de sensualitate art. 2 in corp. et sic patet quod irascibilis est alia potentia a concupiscibili: nam aliam rationem appetibilitatis habet aliquid ex hoc quod est arduum, quia quandoque illud, quod est arduum a delectatione separat, et cum tristitiis immiscet, sicut cum aliquis relicta voluptate cui vacabat, aggreditur pugnam, nec retrahitur propter dolores, quos sustinet. C. de 33 [illegible] 186 quod [illegible]

[illegible] difficultas reperta in eius executione; nam spes secundum
se non est amor proprie sumptus, sed quidam conatus, aut affectus for-
tificans voluntatem ad securè expectandam consequutionem rei amatæ,
aut desideratæ, et ut proprius loquar, est stimulus, aut armatura amoris,
et consequenter respicit bonum sub præcisa ratione boni arduè supe-
rabilis potestate alterius: negatur D. Thom. q. 18 art. 1 a. 3. ubi ap-
ertè docet [illegible] arduum specificativum spei esse quamdam differenti-
am specialem contractivam rationis boni in communi, et sub illo contenta.

51. Ad [illegible] confirmationem respondetur nego maiorem de
amore proprio et formaliter sumpto intellecta. Ad cuius probationem respon-
detur quod D. Thomas asserit amorem transcendere omnes affectus, aut mo-
tus voluntatis non debet intelligi de transcendentia formali, aut metaphysi-
ca, sed solo [illegible] de transcendentia causali, aut concomittandi; unde licet
concedendum sit actum spei, et reliquos actus voluntatis [illegible], aut cau-
sari ab amore; non tamen ulteriùs debet concedi quemcumque actum volun-
tatis esse formaliter [illegible] constitutivè amorem propriè sumptum, et ita licet
[illegible] spes causaliter procedat ab amore concupiscentiæ [illegible] illa in
se formaliter amorem concupiscentiæ, aut amicitiæ, sed actus quo voluntas
aggreditur ad consequutionem rei amatæ, aut desideratæ, aut quo securè
expectat illam non obstante eius arduitate, aut difficultate: nam quem-
admodum intellectus secundum se est apprehensivus, indicativus, et dis-
cursivus; ita voluntas secundum est [illegible], et amativa, et sperati-
va; [illegible] consequenter sicut intellectus nequit iudicare de aliquo obiecto in-
telligibili, quin prius apprehendat illud simplici apprehensione, ita vo-
luntas nequit sperare aliquod bonum, quin prius illud diligeret, aut
amet amore concupiscentiæ; ac sicut quemadmodum iudicium intellectua-
le non est formaliter, aut constitutivè apprehensio, sed actus specialis ac-
tus [illegible] [illegible] de re apprehensa; eodem prorsus modo as-
serendum est actum spei non esse formaliter amorem, sed quemdam
actum, quo voluntas erigitur ad perfectionem, sive expectationem rei.

q. 18 art. 1 ad 1 verbis pluries repetitis.

[illegible] confirmatio.

Aug. D. 42 q. 26 art. 1 ad 2.m qd. se habet sic: amor videtur esse idem quod cupiditas: dicit enim Augustinus in 14 de civitate Dei amor inhians habere quod amatur cupiditas est, id est, habens eo que fruens lætitia, et fugiens quod ei adversatur timor est, idque si acciderit sentiens tristitia est: sed non omnis amor est in concupiscibili, sed timor etiam hic [illegible] numeratur a [illegible] irascibili: ergo non simpliciter dicendum quod amor est in concupiscibili. Cui: amor [illegible] et timor, et cupiditas, et tristitia [illegible] essentialiter sed causaliter.

amare; Ex quo tantummodo deducitur spem causari ab amore; non vero presuppositivè se habere ad spem, sicut appreh[ens]io ad iudic[ium] &c.

52. Ad 2am probationem minoris respondetur 1° concedendo maiorem, & negando minorem & consequentiam iuxta meam, & communiorem sententiam Theologorum; quamvis intellectus secundum se, potentia ordinata ad intelligendum rerum intelligibile, ac facto determinatum actum, qui non est formaliter intellectivus eorum modi est dictio; qua producit verbum, & consequenter argumentum oppositum potius confirmat nostram sententiam, sicut intellectus noster, non obstante eius 1a & essentiali inclinatione ad intelligendum, potest elicere actum, qui constitutive & essentialiter non sit intellectio formaliter sumpta, ita voluntas, quamvis secundum eius primariam, & essentialem inclinationem teneat ad amandum bonum, potest tamen elicere actum prosecutivum, qui formaliter non sit amor proprie sumptus, quamvis quilibet actus voluntatis appellari amor concomitanter aut causative, ut supra dixi:

53. Rursus potest responderi: Amorem sumi dupliciter; 1° sumitur proprie, & metaphorice, quatenus scilicet importat affectum prosequutivum voluntatis circa bonum, propter precisam eius convenientiam, aut unionem respectu amantis. 2° sumitur amor improprie, aut similitudinaliter; Atque hoc modo sumatur amor, quilibet affectus, prosequutivus voluntatis potest appellari amor, tum propter eius similitudinem cum amore, tum propter dependentiam qua subordinantur reliqui actus voluntatis amori, tamquam radici, aut principio; itaque propter quocumque D. Thomas aut reliqui Sancti Patres vocant spem amorem, debent intelligi de amore late & communiter sumpto non vero de amore stricte sumpto, qui dividitur in amorem amicitiæ, & concupiscentiæ: D. Thom. in disputatis art. 4° de spe; ex cuius doctrina aperte colligitur hæc solutio: cum autem motus spei non sit amor stricte sumptus, constat ex dictis; nam oppositum amoris stricte sumpti est odium rei amabilis:

Solutio ad 2am probationem. Hic doctrina colligitur ex iustitia in ... S. Th.

Solutio. Aug. D. in 3 dist. 26 q. 2 art. 3 q. 2 in corp. sed 1° spes venit boni, et 1° motus appetitus in bonum est desiderium, ideo spes presupponit desiderium, et est media inter amorem et desiderium, et hoc nobiliter accidit, quia cum irascibilis est post concupiscibile, ideo actus irascibilis a concupiscibili incipit, et in concupiscibili terminatur: amor ergo et desiderium in concupiscibili sunt, et simul, et eorum ordo 2° quod sit in voluntate

Explicatur hoc amplius ... 2a 2æ q. 17 q. 4 [sic] art. 7 in corp.: quod spes precedit ... ex amore circa bonum speratum, nemo enim sperat, quod non amat, sed erat amor circa personam a qua bonum sperat, et quia charitas est amor amicitiæ, qui respicit personam, ideo spes est post amorem ... charitas et caritas ... et posterior amore imperfecto ... desiderio, qui ... bonum concupiscibile ... et est media inter amorem et desiderium. Propterea hæc ...

Sed certum est spei non opponi formaliter odium, sed desperationem, ac proinde non est concedendum spem esse amorem stricte, et proprie acceptum, licet nominetur amor in sensu improprio et metaphorico.

Bus. id authoritate, ut explicari, 12 difinit haius... [illegible]

54. Ad 3am. confirmationem respondetur concedendo maiorem, et distinguendo minorem; sed motus, quo voluntas tendit in finem ultimum specificatur ab [illegible] ipsius sub precisa ratione boni, velut ad commodum, et utilitatem appetentis nego minorem, sub ratione bonitatis acquiribilis [illegible] alterius? concedo minorem, et nego consequentiam; nam finis ultimus cuiusmodi est beatitudo obiectiva dupliciter respicitur a voluntate viatoris. 1o propter eius bonitatem, ut congruam, et convenientem utilitati appetentis, et sub hac consideratione specificat motum desiderii, aut amoris concupiscentiae. 2o respicitur a voluntate, ut bonum, non dum conveniens nostrae utilitati, verum etiam, ut bonum consequibile divina potestate, et sub hac consideratione specificat spem supernaturalem, cuius ratio formale non est pura convenientia obiecti beatifici, sed ratio, qua potest superari, arduitas seu difficultas consequendi ipsum, seu ratio, qua constituitur formaliter consequibile; cum beatitudo obiectiva sub hac consideratione importet specialem modum ad movendam, aut attrahendam voluntatem non precise ad amandum, sed etiam ad animose, et secure expectandum; et idcirco etsi talis motus sperandi beatitudinem per se ordinetur ad quietem voluntatis circa ultimum finem consistentem in pleno fruitione, ac possessione ipsius non inde [illegible] motus spei specificari formaliter ab eodem motivo, a quo specificatur gaudium beatificum resultans ex possessione beatitudinis. Sicut enim spes est motus voluntatis sese ordinatus ad gaudium beatificum; ita fides est motus intellectus ordinatus ad visionem beatificam. Cum per fidem [illegible] circa ultimum finem, sicut per spem, et nihilominus fides non specificatur ab eodem motivo formaliter, a quo specificatur visio beatifica, cum specificativum [illegible] ma-

Solutio ad 3am. confirmationem.

[illegible] inquantum veramus [illegible] repositione nostri ... [illegible] divini auxilii, spes vero attingit etiam Deum, cuius auxilio innititur.

[illegible] spes [illegible] proponit amorem eius, quod quis [illegible] sperat, qui est amor concupiscentiae.

mae visionis sit essentia clare visibilis, et movemur sub ratione veracitatis divini testimonii obscure revelantis. Nec urget instantia ad acceptationis naturalium elementorum; quia in motibus naturalibus acquisitio termino, aut centro naturali non repetitur actus specialis contrarius, aut elicitus ratione cuius eiusmodi confirmantur quiescentes etiam ratione subiecti naturalis, et eius quies non exigunt distinctas rationes formales specificativas ex parte centri naturalis.

Solutio

55. 2°. Respondetur, quod licet bonitas ultimi finis, ut conveniens, et commoda nobis sit obiectum terminativum spei supernaturalis, non tamen est illaterius obiectum quo motivum; unde propositum argumentum solum probat spem, et gaudium beatificum debere idem obiectum terminativum, sed idem obiectum terminativum assignatur fidei, et visioni beatificae, quamvis respiciant motiva formalia realiter distincta.

Solutio ad 4. confirmationem. 56. Ad 4. confirmationem respondetur concedendo maiorem, ad cuius probationem respondetur, quod spes non solum supponit desiderium inefficax, aut conditionatum beatitudinis, verum etiam desiderium inefficax et patria effectiva, ut probari solum est spem esse formaliter et consecutive desiderium; constat enim in beatis dari desiderium ... et efficax gloriae corporis, quin in illis reperiatur spes proprie sumpta, quia propter spes non consistit in desiderio efficaci, sed in secura expectatione rei absolute, et efficaciter desideratae; per spem enim constituitur voluntas quasi secura circa consecutionem rei absolute desideratae, et ideo vocatur spes ab Apostolo, anchora, qua firmatur voluntas, ne transeat in desperationem, aut pusillanimitatem, sed firmiter, et secure ... efficaciae divinae potestatis, quod nullatenus praestatur a praevio appetitu desiderii quantumvis absoluti, et efficacis. hic optime convincit ... ferre de diversitate ... viderent spes, et tendunt.

Resp. Illius Mag. 67 art. 4 ad 2: resp. gloriae corporis inanimabus SS. esse quidem desiderium, non tamen spes proprie loquendo; neque 1° quia spes est virtus theologica, cuius obiectum est Deus, non aliquod bonum creatum; neque 2° quod desiderium communiter sumitur, quia obiectum spei est arduum. ... desiderium ... quia beati nihil ... acquirerant ... ga... ut Deum velit

57. Ad ultimum respondetur negando antecedens

Sed ... voluntate consecutive voluntas sua efficacem semper confirmavit sua voluntate divina, et sic semper ... in ... suis, ut docet Divus Thomas ... inde, ubi ... voluntas timentium se faciet, et deprecationem eorum exaudiet, et ideo ... beatitudo est ... omnia desideria efficacia ... beati, quia omne eius tendens circa ... corporis, quae desiderant, atque pertinet ad eius beatitudinem ... debet aliquid ... et ideo ...

Ad cuius probationem respondetur distinguendo antecedens: desiderium efficax, aut absolutum exigit obiectum possibile possibilitate absoluta, opposita rei omnino impossibili, concedo antecedens: possibilitate omnimoda, seu possibilitate practica, desumpta ex praeparatione omnium causarum concurrentium ad huiusmodi obiecti consequutionem, nego antecedens, et consequentiam: nam desiderium absolutum, si sumatur secundum propriam, et essentialem exigentiam et praecisiue a motu spei, et si exigat obiectum absolutè simpliciter possibile; non tamen petit, ut huiusmodi obiectum proponatur, ut possibile secundum exigentiam, et praeparationem omnium causarum concurrentium ad eius consequutionem; et idcirco spes respicit obiectum arduum possibile consequi possibilitate proxima desumpta ab omnibus circumstantiis et causis: desiderium vero tantummodo petit terminari ad bonum possibile possibilitate absoluta, seu possibilitate praecise sumpta in non repugnantia terminorum, in quo differt a desiderio conditionato et inefficaci, quod non solum ad bonum possibile, verum etiam ad impossibile potest terminari.

Ang. Mag. q. unic. de spe art. 1 in pri. corp. expresse tradit doctrinam: q.° 3.° desiderium est alicuius boni absolute absque consideratione possibilitatis, et impossibilitatis illius: sed spes tendit in aliquod bonum, sicut in id, quod est possibile adipisci, importat enim in sui ratione quamdam securitatem adipiscendi.

PROPONUNTUR ARGUMENta contra 3.am Conclusionem.

58\. 3.° arguitur contra 3.am conclusionem persuadendo motivum formale spei supernaturalis non esse omnipotentiam, ut auxiliantem; nam formale motivum spei supernaturalis debet esse Deus, aut aliquid Divinum sub ratione causae finalis, sed Deus ut auxilians, non habet rationem causae finalis: ergo omnipotentia, ut praeparata ad auxiliandum, non est formale motivum spei; maior constat; nam formale motivum, seu specificativum spei debet esse aliquid obiectivum expectans ad lineam voluntatis specificativam, ut per se patet; sed specificativum voluntatis non extenditur extra lineam causae finalis; ac proinde spes supernaturalis

1. argumentum contra 3.am conclusionem.

de

debet specificari à motivo formali expectante ad rationem causæ finalis. Minor probatur 1.º ex D. Thom. 2.2. q. 17. art. 4. Ubi dicit spes duo respicere, scilicet bonum, quod obtinere intendit; et auxilium, per quod illud bonum obtinetur: Bonum autem, quod quis sperat obtinendum, habet rationem causæ finalis; auxilium autem per quod sperat illud bonum obtinendum, obtinet rationem causæ efficientis: ergo iuxta Divum Thomam auxilium Divinum, seu omnipotentia, ut auxilians habet formaliter rationem causæ efficientis, non vero finalis. 2.º probatur eadem Minor; nam omnipotentia, ut auxilians, nil aliud est, quam Deus, ut adiuvans nos ad consequutionem Beatitudinis; sed Deus non finalizando, sed efficiendo auxiliatur nobis ad consequutionem Beatitudinis: ergo omnipotentia ut auxilians non habet rationem causæ finalis, sed purè efficientis.

1.ª confirmatio. 59. Confirmatur 1.º: Nam ratio, sub qua specificativa spei, debet esse formaliter ratio boni; sed omnipotentia, ut auxilians non expectat formaliter ad rationem boni, sed ad rationem entis, cum ratio boni coincidat formaliter cum ratione causæ finalis, et non cum ratione causæ efficientis: ergo formale motivum spei supernaturalis non est omnipotentia Divina sub ratione auxiliantis.

2.ª confirmatio. 60. Confirmatur 2.º: Nullus actus specificatur à principio effectivo formaliter ut tali, cum principium specificativum reducatur ad lineam causæ finalis, seu formalis extrinsecæ; sed omnipotentia Divina ut auxilians solummodo habet rationem causæ effectivæ, ut constat ex nuper dictis: ergo nullatenus potest esse formale specificativum spei.

3.ª confirmatio. 61. Confirmatur 3.º: Nam quemadmodum comparatur ad spem bonum consequibile, ita ad timorem malum fugibile; sed timor non specificatur à principio effectivo, seu illativo mali ... pœnalis, quod timetur; sed ab intrinseca disconvenientia ipsius pœnæ: ergo

ergo similiter spes non specificatur formaliter à principio effectivo boni spe-
rabilis cuiusmodi est omnipotentia et auxilians, sed à propria et in-
trinseca bonitate rei sperabilis, et commoditate utilitatis ipsius sperantis. Ma-
ior constat, nam quemadmodum spes est motus prosequutivus tendens
ad consequutionem boni ardui, et consequibilis; ita timor est fuga rece-
dens à malo terribili, et imminenti respectu timentis; et minor pro-
batur; nam obiectum tam formale, quam terminativum timoris de-
bet esse de linea mali; cum timor non sit affectus prosequutivus
boni, sed consistat in fuga à malo futuro, aut practicè imminenti, sed
principium effectivum infligens malum poenae non est de linea mali,
cum Deus sua iustitia infligat poenam damnationis aeternae, sicut
sua misericordia, aut pietate impendit praemium vitae aeternae; constat
autem nec Deum secundum se, nec iustitiam inflictivam mali poenalis
esse de linea mali: ergo motivum formale timendi poenam aeternam, non
est principium à quo effectivè infligitur cuiusmodi poena; et conse-
quenter nec motivum formale sperandi praemium aeternum erit prin-
cipium effectivè causans adeptionem cuiusmodi praemii.

62. Confirmatur 4°. Nam motivum formale spei su- 4. Confirmatio
pernaturalis est consequibilitas, aut possibilitas ipsius Beatitudinis obiectivae;
sed Beatitudo obiectiva non constituitur à nobis consequibilis per omni-
potentiam: ergo omnipotentia divina non est formale motivum spei super-
naturalis. Maior constat; nam quemadmodum aestimata impossibilitas
Beatitudinis movet ad desperandum; ita aestimata possibilitas ipsius movet
et alliciat voluntatem ad sperandum: et minor probatur 1°. Nam Bea-
titudo obiectiva, catenus dicitur possibilis, aut acquisibilis à nobis, quate-
nus est bonum à nobis communicabile; sed bonum divinum ante-
cedenter ad actionem omnipotentiae est communicabile ex se; cum omne
bonum sit communicabile, et idcirco bonum divinum erit tamen summè
communicabile: unde eatenus omnipotentia potest nos perducere ad
Beatitudinem; quatenus haec secundum se est communicabilis, aut pos-

si-

sibilis, quoad Communicationem: ergo Beatitudo obiectiva non constituitur possibilis respectu nostri per omnipotentiam, sed per suam bonitatem &c.

2. probatur.

63. 2° probatur eadem minor. Nam ille, qui prorumperit in desperationem, eatenus a Deo desperat de Beatitudine, quatenus existimat eam esse sibi impossibilem; sed iudicium, seu existimatio, quo desperans existimat esse sibi impossibilem consequutionem Beatitudinis, nullatenus iudicat Deum non esse omnipotentem, aut Deo detrahere omnipotentiam: ergo omnipotentia non constituit nobis possibilem Beatitudinem; dein qui haberet iudicium dictans Deum esse omnipotentem, semper haberet iudicium, quo iudicaret Beatitudinem esse sibi possibilem, et id circo nullus fidelis posset desperare, nisi prius amittat iudicium fidei, quo iudicatur Deum esse summe potentem &c.

Ultima confirmatio.

64 Ultimo confirmatur; Nam bonum 1°, et per se speratum a spe supernaturali est Beatitudo obiectiva, aut increata; sed Beatitudo obiectiva, aut increata non constituitur possibilis per omnipotentiam Divinam, cum causalitas potentiae Divinae solummodo attingat creatum, aut creabile, et nullatenus extendatur ad aliquod praedicatum Divinum: ergo motivum formale spei supernaturalis non est omnipotentia Divina sub ratione auxiliantis.

Solutio argumenti. Aug. D. Th. 1. 2. q. 65 art. 4 ad 2: virtutes theologicae, virtutes morales infusae ... non possunt esse sine charitate: ergo nec fides et spes. ... virtutes morales dependent a prudentia: prudentia a infusa nec ... haere pot absque charitate,

65. Ad hoc argumentum respondetur 1° ex D. Thom. 22e quaest. 17. art. 6. Quod etsi motivum formale charitatis sit bonitas Divina sub praecisa ratione causae finalis; seu bonitas Divina, secundum se, seu propter se amabilis, tamen motivum formale sperandi non est Deus secundum absolutam rationem causae finalis, sed secundum rationem primi principii, ex quo nobis advenit adeptio Beatitudinis, quia per spem non adhaeremus Deo praecise propter se bonum, neque per charitatem, sed innitimur formaliter eius auxilio ad obtinendam Beatitudinem. Et ideo speciale est in virtute spei supernaturalis specificari a Deo, utpote dependente debita habitudine ad 1m prin. qd e ultimo fini, sub... a et spes eius propriis ... nec a prudentia nec a charitate dependent, et ideo sine charitate possunt esse, licet non sint virtutes sine charitate. Quasi dicat D. Aug. omnis virtus moralis infusa ex propria ratione versatur circa media in ordine ad ultimum finem, media a in ordine ad ultimum finem ... amanti nisi ex amore ultimi finis, ad quem immediate tendit charitas, et ideo sine ista esse nequeunt ... virtutes: attamen fides et spes ... versantur circa ultimum finem nec mediate nec immediate.

sub ratione principij effectiui, a quo redditur consequibilis Diuina Beatitudo, quae si consideratur sub precisa ratione causae finalis ut distincta a principio effectiuè auxiliante, tantummodo habet rationem obiecti quod terminatiuè respectu spei supernaturalis, non autem obiecti quo motiui, cum formale motiuum sperandi sit id, quo Beatitudo constituitur possibilis, aut assequibilis a nobis; et Deus, sua potestate auxiliante reddatur consequibilis; nam ut docet D. Thom. 22. q. 17. art. 2. in corpore: Solius infinitae Virtutis, aut potestatis est proprium ad bonum infinitum perducere, cuiusmodi est Beatitudo obiectiua: et idcirco sola Virtute aut potestate Diuina constituitur assequibilis a nobis eiusmodi Beatitudo, et consequenter sperabilis: Unde falsum est omnem actum Voluntatis specificari formaliter a bono suo praecisa ratione causae finalis; nam etsi Voluntas, quatenus est potentia pure amatiua solummodo mouetur a fine sub ratione causae finalis, quatenus habet rationem potentiae operatiuae non mouetur a fine practicè sumpto, sed a potestate, qua constituitur consequibilis eiusmodi finis.

66.

2°. potest responderi concedendo maiorem, et distinguendo minorem: sed Deus, ut auxilians nobis non habet rationem causae finalis ut quod, concedo minorem; ut quo nego minorem, et consequentiam; nam etsi Deus secundum rationem principij auxiliantis non sit formaliter et directè causa finalis; caeterum indirectè, et reductiuè ratio omnipotentiae auxiliantis spectat ad rationem, et lineam causae finalis, cum per illam constituatur ultimus finis a nobis assequibilis; et idcirco potestas Diuina, ut praeparata ad auxiliandum nobis in ordine ad consequutionem finis, potest specificare actum Voluntatis, cum Voluntas secundum suam uniuersalem considerationem, et inclinationem, non solum possit tendere ad finem, verum etiam ad omnia media consequitiua finis; quapropter propositum argumentum tantum concludit nec Spem, nec alium affectum Voluntatis posse specificari ab aliquo, quod non sit finis, vel non pertineat ad lineam finis, seu causae finalis, vel constitutiuè, vel ordinatiuè: cum igitur potestas, qua Deus potest nobis auxiliari, licet non

in mediate, quae versantur circa media, immediate quae solum ut obiectum tum veritas, et aliqua omnino vera obiecta; respiciunt, etiam hi sine charitate inueniri possunt, aut gratia habituali, etiam eo respectu speciei theologicae, ut facile

D. Th.

art 2. in corpore: obiectum spei ultimus scilicet finis, sub ratione boni principalis auxiliantis.

2° Solutio.

[illegible] tradit D. Th. 12 q. 40 art 7: vbi inquit: ait spes [illegible] ad amorem. Respondeo inquantum igitur spes respicit bonum speratum, spes ex amore causatur, non enim est spes, nisi de bono desiderato, et amato: in quantum vero spes respicit [illegible] [illegible] ex spe, et ex quo per augmentum speramus nobis posse prouenire bona, mouemur in ipsum, sicut in bonum nostrum. Ideo [illegible] [illegible] finis, et ille, quo nobis proueniunt bona, habet rationem boni, [illegible] perfecta, et finis [illegible]

non in ratione causæ finalis, illum tamen constituit in ratione finis assequibilis. Sine colligitur eiusmodi potestatem esse ordinatam ad finem ultimum, et id circo illam posse specificare spem supernaturalem, quia non expectatur finis ultimus, propter præcisam substantiam suæ bonitatis, sed propter assequibilitatem ipsius, quæ formaliter et proximè attribuitur potentiis auxiliatricis Diuinæ gratiæ: qua exclusa ultimus finis non esset à nobis assequibilis spe supernaturali, licet absque respectu ad Omnipotentiam esset amabilis, et concupiscibilis.

Ad iam 1. confirmationem solutio.
Sic solutio firmatur authoritate Patris ... num. 66 relata. at doctia ac bono beneficientiæ sine diffusionis. videatur ... in suo ... 4. cap. 7 num. 1 et 2.

67. Ad iam 1. confirmationem concedo maiorem; et distinguo minorem; sed Omnipotentia, ut auxilians non expectat ad rationem boni, ut quod, concedo minorem; ut quo nego minorem, et consequentiam; quia etsi Omnipotentia ut præparata ad auxiliandum nobis sub proprio conceptu obiectiuo non exprimat bonitatem, aut conuenientiam, sed alium conceptum distinctum; est tamen principium, quo redditur bonum Diuinum consequibile cum sit principium effectiuum mediorum conducentium ad consequutionem beatitudinis, et superatiuum difficultatum retardantium ab huiusmodi assequutione, et consequenter potest dici bonum, ut quo.

2. solutio.
Probatur hæc solutio authoritate ... quæ ... concinos probauit.

68. 2°. potest responderi negando maiorem; nam licet ratio quæ terminatiua spei supernaturalis sit bonum sub præcisa ratione boni appetibilis; ceterum motiuum formale, seu ratio, sub qua sperandi nullatenus est ratio boni expresse sumpta. Cum motiuum formale sperandi non sit res, quæ appetitur à voluntate, sed medium cui innititur spes ad superandas difficultates cum bono sperato connexas: quod non consistit in bonitate ultimi finis; sed in virtute et potestate ipsius; et hoc potest illustrari instantia desumpta ab obiecto fidei; nam quemadmodum spei terminatur ad bonum sub ratione boni, ita fides ad verum sub ratione veri. Sed certum est, quod etsi obiectum quod terminatiuum fidei, seu res credita fide Di-

rina sit Deus, ut absolute intelligibilis, aut verum veritate transcendentali; motivum tamen formale, aut proximum non est intelligibilitas, aut veritas transcendentalis rei Credita, sed veritas Divinae revelationis, cui fides innititur, tamquam medio, aut motivo Credendi.

69. Ad 2.am Confirmationem respondetur concedendo maiorem intellectam de causa effectiva reduplicative, ut tali, et distinguo minorem; sed Deus ut auxilians solum habet rationem causae efficientis respectu auxilij quod confert ad consequutionem Beatitudinis concedo minorem; respectu habitus aut actus spei, nego minorem, et consequentiam; nam etsi omnipotentia, ut auxilians respectu gratiae, et auxiliorum, quibus disponitur homo ad consequutionem Beatitudinis solummodo habeat rationem causae efficientis; respectu tamen ad actum spei supernaturalis habet rationem nedum causae efficientis, verum etiam formalis extrinsecae, cum Deus, ut auxilians, aut preparatus ad conferenda auxilia productiva ad Beatitudinem, sit principium movens et determinans voluntatem ad sperandum, nec repugnat Deum, ut principium effectivum mediorum conducentium ad finem, et consequutionem Beatitudinis esse specificativum extrinsecum respectu habitus spei supernaturalis; non minus repugnat causae efficienti ratio causae finalis extrinsecae, aut specificativae, quam effectui effective procedenti ab aliquo principio esse causam finalem aut formalem ipsius principij, a quo procedit, sed certum est intellectionem actualem esse effectum potentiae intellectivae, et secundum aliam rationem esse causam finalem ipsius, cum intellectus sit propter intellectionem, ac proinde non repugnabit, quod omnipotentia Divina, ut auxilians sit causa pure effectiva respectu auxiliorum conducentium ad Beatitudinem, et respectu spei sit causa finalis extrinseca, et obiectum motivum.

Solutio ad 2.am Confirmationem.

Ad hanc solutionem pertinet authoritas Aug. ut ipsum supra traditam, etiam ad illius numerum.

70. Ad 3.am Confirmationem respondetur 1.o concedendo maiorem, et negando minorem; nam quemadmodum spes respicit, ut

Solutio ad 3.am

obiectum

Quae doctr. et ... ē sing. ... q. 19 art. 1 ... Corp: sicut spes habet 2 obiecta, quorum unum ē ipsum bonum futurum, cuius adeptionem quis expectat, aliud a auxilium alicuius, per quem expectat se adipisci quod sperat; ita etiam et timor 2 obiectum habere potest, quorum unum est ipsum malum, quod homo refugit, aliud ē illud, a quo malum provenire potest. 1° modo Deus qui ē ipsa bonitas, totus timoris ē non potest, sed 2° modo potest ē obiectum timoris.

obiectum quod terminativum bonum conveniens, et commodum sperandi, et ut motivum quo formale sperandi potestatem, a qua constituitur sibi possibile, et eiusmodi bonum, ita timor respicit malum terribile, quod timenti proponitur, ut imminens, et inconveniens sibi, ut terminum a quo fugit, et potestatem et causam inflictivam eiusmodi mali, ut motivum formale timendi; quia sicut bonum arduum constituitur possibile potestate alterius, ita malum terribile arduum, quod de facili resisti non potest; quod est obiectum terminativum timoris, constituitur proxime et formaliter imminens potestate illius, qui huiusmodi malum potest infligere; ac pro inde motivum formale non est malum, quod timetur sed potestas superior a qua infligi potest; et ad probationem minoris; concessa maiori distinguo minorem: sed iustitia Divina non est de linea mali formaliter. concedo minorem, non est de linea mali causative loquendo de malo poenae, nego minorem et consequentiam; nam etsi Deus, nec aliquod attributum Divinum dicatur formaliter malum, cum sit ipsa bonitas per essentiam, ceterum Deus sua iustitia punitiva causat malum poenae, et ideo potest dici malum causaliter, et consequenter potest Deus iustitia Divina, ut causativa mali poenalis esse motivum formale timoris, quo timetur poena damnationis aeternae.

2° solutio ad 3am = 71. 2°. potest responderi concedendo maiorem, et reddendo disparitatem; nam timor formaliter sumptus consistit in fuga mali futuri, seu imminentis, cum sit affectus prosequutivus, a qua infligitur malum, cum nullus motus specificetur a termino a quo; spes autem cum consistat in motu, aut affectu prosequutivo boni possibilis terminative potest respicere bonum speratum, et motive potestatem, qua eiusmodi bonum constituitur sibi possibile, unde timor diversimode versatur circa malum sibi imminens, et circa potestatem inflictivam eiusmodi mali; quatenus respicit malum est fuga formaliter, et secundum hanc rationem et considerationem non specificatur a Divina potestate, qua malum infligitur; quatenus

+ nequit specificari a potestate +

quatenus

enim respicit potestatem potentem infligere malum non est formaliter fuga, sed motus reverentialis, quo voluntas ex consideratione potestatis Divinae potentis nobis poenam spiritualem, et corporalem infligere, movet ad Dei reverentialem timorem, de quo legatur Divus Thomas 1.2. q. 2. art. 1.

72. Ad 4am confirmationem respondetur concedendo maiorem, et negando minorem; ad eius probationem, concessa minori, nego minorem; vel distinguo; antecedenter ad Divinam Omnipotentiam est ex se nobis communicabile communicabilitate remota, concedo minorem; communicabilitate proxima, aut practica nego minorem, et consequentiam; nam bonum Divinum, et quodlibet aliud bonum dupliciter dicitur [illegible] seu possibile ad communicationem; et dicitur communicabile communicabilitate logica, aut remota, quae consistit in quadam non repugnantia ad eius communicationem, et huius modi communicabilitas nullatenus sufficit ad specificandum actus spei; alioquin posset a Deo secure, et prudenter sperari quodcumque bonum sibi possibile de potentia Dei absoluta, propter praecisam considerationem non repugnantiae ipsius; quod constat esse aperte falsum. 2o dicitur aliquod bonum communicabile communicabilitate logica, sed etiam communicabilitate proxima, aut physica, quae desumitur a dispositione, et praeparatione omnium causarum per se concurrentium ad communicationem cuiusmodi boni; cum igitur seclusa consideratione Omnipotentiae Divinae, ut praeparatae ad auxiliandum nobis Beatitudo obiectiva non sit proxime consequibilis a nobis, secundum dispositionem causarum concurrentium ad huiusmodi boni communicationem, et actualem consequutionem; nullatenus dici potest possibilis, aut consequibilis proxime consequibilitate sufficienter motiva ad sperandum; sicut non timetur malum, quin proponatur, ut possibile, aut imminens nobis secundum exigentiam, et praeparationem causae extrinsecae potentis illud infligere, ita non speratur, nec secure expectatur bonum, quod non apprehenditur ut possibile, nedum possi-

Solutio ad 4am

Ecce arg.m hoc in diversa materia ab Aristotele praeceptore propositum 1.2 q. 33 art. 4 in 2. arg. quod sententia: Nihil est perfectivum sui ipsius: sed delectatio est propter, ut dicitur in 10 ethic. Aristot. quia oportet, quod intelligatur, sed aliter, quia caeteri quod delectatio sit propter operationem. Cui ita: dicendum quod sicut dicitur in 2o Physic. contingit quod duo sibi invicem sint causa, ita quod unum sit causa efficiens, et aliud causa finalis alterius, et hoc modo propter operationem causat delectationem sicut causa efficiens, delectatio autem perficit operationem per modum finis.

bi=

bilitate absoluta, aut logica; verum etiam possibilitate proxima desumpta ex dispositione, et preparationem causarum, à quibus dependet huiusmodi consequutio.

Solutio ad 2am probationem Minoris.

73. Ad 2am probationem Minoris respondetur concedendo maiorem, et distinguendo minorem; ad huius probationem respondetur, quod et si desperans à consequutione Beatitudinis non habeat iudicium, quo iudicet in universali, quo Deum absolute esse impotentem ad saluandum omnes homines, et idcirco non deficiat illi iudicium fidei, in universali dictans omnipotentiam, et misericordiam Dei esse infinitam, cæterum in particulari appredendit et si appresensione falsa; sibi propter suam indispositionem, et grauitatem suorum peccatorum omnipotentiam Diuinam sic et nunc non esse preparatam ad subuemendum ipsi; et idcirco habet iudicium particulare, quo existimat misericordiam Diuinam esse sibi declusam, ac proinde et si non careat iudicio fidei, quo dictatur salutem omnium hominum esse possibilem possibilitate absoluta desumpta ab infinitate Diuinæ omnipotentiæ, cæterum de facto existimat existimatione particulari Beatitudinem esse sibi impossibilem impossibilitate practica, quæ fundatur in consideratione suæ particularis indispositionis, et status. Legatur D. Thom. 2. 2æ q. 20. art. 2. in corpore, et in responsione ad 3um.

S. Thom. Doct. 2. 2. q. 20. art. 2 ad 3. quicumque incidit in hæresim damnatam est infidelis: sed desperans videtur incidere in hæresim damnatam .s. Nouatianorum, qui dicunt peccata non remitti post baptismum: ergo. Cui solue ad 3m. quod siquis in uniuersali existimaret misericordiam Dei non esse infinitam esset infidelis: hoc autem non existimat desperans, sed quod sibi in statu illo propter aliquam particularem dispositionem non sit de diuina misericordia sperandum.

Solutio ad ultimam confirmationem.

74. Ad ultimam confirmationem respondetur, quod et si Beatitudo Diuina consistens in bono Diuino non subdatur causalitati Diuinæ omnipotentiæ, quoad entitatem aut substantiam, cum nullum Diuinum sit absolute affectibile actione Diuinæ omnipotentiæ; ut de se patet. Cæterum consequutio, aut adeptio Diuinæ Beatitudinis causatur concursu, aut auxilio Diuinæ omnipotentiæ; quia Beatitudo formalis, qua consequimur ultimum finem, aut Beatitudinem consistat in aliquo creato independenti à causalitate Diuinæ omnipotentiæ; et consequenter cum spes terminetur ad Beatitudinem

Obiectivam, ut connotantem Beatitudinem formalem, qua de facto huiusmodi Beatitudo obtinetur á nobis, sive sequitur Beatitudinem obiectivam, aut consequibilem á nobis, quoad consequutionem dependere á Divina omnipotentia, et idcirco illam constituat proximè, et practicè possibilem nobis per ordinem ad Divinam potestatem potentem nos perducere ad consequutionem ipsius.

75. 4° arguitur contra ultimam conclusionem, nam motivum formale proximum credendi fide supernaturali est sola summa Veracitas Divini testimonii, et non coalescens ex Veracitate, et sapientia Divina, iuxta communem sententiam Thomistarum: ergo similiter Motivum formale spei supernaturalis erit sola omnipotentia ut potens nobis auxiliari, et idcirco non conflatum ex omnipotentia et misericordia. Patet consequentia: eatenus fides supernaturalis innititur tamquam Motivo formali adequato, soli Veracitati, quia Veracitas est summè infallibilis in revelando, et testificando nobis Veritates credibiles; sed Omnipotentia Divina ut potens nobis auxiliari in ordine ad consequutionem Beatitudinis, est summè efficax ad vincendas omnes difficultates retardantes á huiusmodi consequutione: ergo quem admodum fides tribuit ut motivum formale adequatum solam Veracitatem Divinam, ut revelantem Veritates credibiles; ita spes innititur soli omnipotentiæ, ut potenti auxiliari ad Beatitudinis consequutionem.

Argumentum contra ultima concl.

76. Confirmatur I°. Motivum formale spei, aut cuiuslibet alterius Virtutis supernaturalis debet esse aliquid simplex, et indivisibile; sed conflatum ex omnipotentia, et misericordia non est quid simplex, et indivisibile, sed resolvitur in attributa essentialiter distincta: ergo Motivum formale spei supernaturalis adequatè consistit in sola omnipotentia, quin ad illud formaliter concurrat misericordia. Minor est. Maior probatur; nam species habitus, aut Virtutis sumitur á Motivo formali, sicut species entis naturalis á forma determinativa

1. confirmatio

ona

naturę; sed ratio formalis tribuens speciem enti naturali, cuius modi est forma est essentialiter indiuisibilis, et simplex, et non composita ex pluribus formis particularibus: ergo similiter ratio motiua, à qua sumitur specificatio spei supernaturalis, et reliquorum habituum est omnino aliquid simplex.

2ª confirmatio

77. 2º. Confirmatur: Ut subsistat securitas, aut firmitas spei supernaturalis non requiritur quod in recto, et formaliter attingatur misericordia Diuina, sed sufficit, quod specificetur ab omnipotentia praesuponendo misericordiam; ergo misericordia non concurrit formaliter et in recto ad specificationem spei supernaturalis, sed solummodo praesuppositiuè. Probatur antecedens, pluribus instantijs: 1º. quia sicut omnipotentia Diuina exigit consortium misericordiae ad specificandum actum spei supernaturalis; ita Veracitas Diuina exigit consortium Diuinę sapientię ad specificandum actum fidei Diuinę; cum Veracitas Diuina, seu testimonium Diuinum participet à sapientia certitudinem excludentem falsitatem; sed ut saluetur omnimoda certitudo in fide supernaturali non requiritur, quod in recto, et formaliter innitatur Diuinę sapientię, sed sufficit, quod specificetur à Veracitate praesuponendo summam sapientiam testificantis: ergo similiter spes supernaturalis in recto et formaliter non specificatur à misericordia Diuina, sed praecisè ab omnipotentia licet, sub respectu ad misericordiam, tam quam ad aliquid praesupositum, et connotatum.

2ª probatio antecedentis.

78. 2º. probatur antecedens; Nam quemadmodum omnipotentia exigit misericordiam ad specificandam spem, ita actus intellectus petit actum voluntatis ad ordinandum ordinatione executiua, et efficaci, cuiusmodi est actus imperij practici, in quo consistit essentialiter praedestinatio, iuxta thomistarum sententiam. Sed actus voluntatis, à quo participat intellectus practicus vim, et efficaciam ad ordinandum ordinatione executiua, et efficaci non expectat formaliter ad constitutionem

praes

praedestinationis; sed solummodo praesuppositive se habet ad rationem essentialem praedestinationis, quae adaequate consistit in actu intellectus, cuiusmodi est imperium: ergo similiter misericordia, etsi per illam inclinetur Omnipotentia Divina ad auxiliandum nobis non expectabit in recto, et formaliter ad specificationem spei, sed tantum praesuppositive.

79. 3° Confirmatur; quia si motivum adaequatum spei esset aliquid coalescens ex omnipotentia, et misericordia, vel utrumque concurreret in recto, et formaliter, vel unum in recto, et aliud in obliquo; hoc secundum non conceditur: ergo asseritur primum; sed hoc non potest dici: ergo. Probatur minor; nam ea, quorum unum est prius altero, nequeunt simul formaliter, et in recto ingredi ad constitutionem rei, aut obiecti formaliter: sed attributum omnipotentiae Divinae est prius attributo misericordiae; cum prius intelligatur in Deo potentia infinita ad omnia factibilia, quam inclinatio voluntatis ad subveniendum nobis, et sublevandam nostram miseriam: ergo etsi omnipotentia, et misericordia concurrant ad specificandam spem; tamen utrumque nequit aeque, et in recto, et formaliter spectare ad constitutionem eiusmodi formalis motivi. — 3. Confirmatio.

80. Ultimo confirmatur; nam illud est motivum formale adaequatum spei, quo praecise constituitur Deus potens ad nobis auxiliandum: cum Deus ut auxilians, et potens auxiliare sit medium formale spei (ut) superius dixi; sed Deus constituitur potens ad auxiliandum per praecisum attributum omnipotentiae: cum potentia ad auxiliandum consistat in potestate effectiva, qua Deus potest efficere, aut causare effective auxilia per auxilia ad beatitudinem: ergo sola omnipotentia Divina est motivum formale adaequatum spei supernaturalis, et consequenter adaequatum motivum spei supernaturalis consistit adaequate in illo attributo, in recto, et formaliter. — Ultima confirmatio.

81. Respondetur ad hoc argumentum concedendo maiorem. — Solutio argumenti.

